

locus pius Ecclesiasticus, non posset in urbe Roma dici im-

Et in omnem casum quamvis ista Regia protectio debeat

Ex parte, il. secundo de privil. ubi omnes, & est casus sin-



DE RELIGIOSIS DOMIBUS

Urbanus III. Ariminesi Episcopo.

CAPUT IV.

AD hęc: & infra. Inquisitioni tuę taliter respondemus, quod si locus ad hos-

SUMMARIUM.

- 1. Locus deputatus auctoritate Episcopi ad Hospitalitatis usum, religiosus est & ad mundanos usus redire non debet.

- 19. Magister arrium gaudens privilegiis Universitatis Offici. cogi potest ab Episcopo ad exhibitionem & executionem testamenti in quo sunt legata ipsa ab ipso solvenda.

- 36. Sententia declaratoria nullum jus tribuit.

- 55. Hospitalia privatim est locus pius & mortuus Patrono spectat ad sollicitudinem Episcopi, ut voluntas fundatoris executioni demandetur.

AD hęc. Locus deputatus auctoritate Episcopi ad hospitalitatis usum religiosus est & ad mundanos usus redire non debet. Hoc dicit. Primo decisa consultatio. Secundo responso hic, Inquisitioni quam probat per simile hic, Sicut.

Ampliat primò hęc conclusio, ut procedat non tantum in hospitalibus, sed etiam in aliis locis piis in Diocesi Episcopi constitutis, ut patet in cap. proximo supra eod. hic & aliis similibus locis; per quam litteram glossa 2. & alii dicunt manifestum esse etiam Monasteria & alia loca religiosa de iure communi ad Episcopum loci pertinere, ut hic fassus adnotavi n. 2. & expressius apparet ex decreto 4. cap. 8. sess. 22. ubi statutum est, ut Episcopi habeant ius visitandi non solum hospitalia sed etiam collegia quocumque ac confraternitates laicorum etiam, quas scholas five quocumque alio nomine vocant elemosinas. Montis Pietatis five Charitatis & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur.



DE RELIGIOSIS DOMIBUS

Idem Innocentius III.

CAPUT VIII.

Cum dilectus filius: & infra. Quia causa non poterat in nostra presentia terminari, cum Nuntius Monasterii super procuratione, vel rathabitione litteras non haberet, eam vestro duximus examini committendam, Mandantes, quatenus si constiterit Abbatem, ad Sedem Apostolicam antequam Episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, & in Monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, vel Monasterium a jurisdictione Episcopi ejusdem exemptum: eo non obstante quod Abbas ab eo circumventus, prater Fratrum suorum assensum, ei obedientiam repromissit (cum fraus & dolus ei patrocinari non debeat) iudicetis illas sententias non tenere. Quod si Abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit prescriptione tueri, licet probet se ante predictas sententias appellasse, nihilominus tamen Monasterium iudicetis Arien. Ecclesie subiacere, in cuius est Diocesi fundatum. Similiter eo in probatione appellationis deficiente, si vobis constiterit de exemptione, vel legitima prescriptione, tam Abbatem, quam Monasterium, ab impetitione Episcopi absolvatis.

SUMMARIUM.

- 1 Monasterium subiectum est Episcopo, in cuius Diocesi situm est, nisi probetur exemptum, & num. 12.
- 2 Nuntius & Procurator in quibus differant.
- 3 Nuntius simplex non admittitur ad agendum, vel defendendum.
- 4 Procurator si faciat aliquid ut Nuntius, non valet quod agitur.
- 5 Et factum a Nuntio an possit validari rathabitione.
- 6 Nuntius est verus organum & pica Domini sui.
- 7 Et conferat verba in persona Domini, etique acquirat directe.
- 8 Substituere prohibitus potest explicare per Nuntium.
- 9 Procurator substantiat contractum in se, licet Procuratorio nomine, & Domino cedere tenetur.
- 10 Sententia censura lata post appellationem etiam extrajudicialiter interpositam, est ipso jure nulla.
- 11 Sententia in exemptum lata non valet ex defectu jurisdictionis.
- 12 Diocesis tota est unum corpus, cuius caput est Episcopus.
- 13 A capite non decet membra discedere.
- 14 Exemptionem Monasterii allegans, probare debet, dummodo ante Episcopus probaverit illud intra sua Diocesis fines existere.
- 15 Praxis procedendi cum convertitur inter Episcopum & inferiorem ad quem spectat jurisdictione in aliquo territorio.
- 16 Monasteria ferunt omnia in Congregationem redacta, exempta sunt a jurisdictione Episcopi etiam in tribus casibus, cap. Volentes, de privileg. in 6.
- 17 Nisi illis cura animarum imminet personarum secularium.
- 18 Abbatia de Balneo an sit nullius Diocesis, vel exempta, & an Episcopus Burgi S. Sepulchri possit iure Ordinario illum visitare, & n. seq. usque in finem.
- 19 Status dicte Abbatie consideratur iuxta tria tempora.
- 20 Nullius Diocesis status non constituitur nisi procedatur per viam dismembrationis territorii.
- 21 Pontificalia in aliena Diocesi ab Episcopo exerceri non possunt.
- 22 Territorium proprium non fit inferiori Prælati, nisi tam ipse, quam Clerus & populus eximat a jurisdictione Episcopi.
- 23 Censuræ solutio subiectionem arguit.
- 24 Causa Matrimonialis exigant majores Iudices, nec sunt

- tractanda ab inferioribus Prælati sine speciali concessione.
- 25 Prælati inferior non constituitur in statu nullius Diocesis, nisi habeat in loco omnimodam jurisdictionem Episcopalem, vel quasi, ex iure Episcopi.
- 26 Et sit liberatus etiam a iure reverentiali.
- 27 Enunciatio infra centum annos non dicatur antiqua, nec probat iuratum contra tertium.
- 28 Enunciatio elidit contrarium presumptionibus.
- 29 Res inter alios acta induit saltem presumptionem contra tertium.
- 30 Et secundum aliquos facit semiplenam probationem.
- 31 Ecclesia Regularis Curata, in quibus viget Regularis observantia, visitari non possunt ab Episcopo iure delegato, sed iure ordinario tantum.
- 32 Visitare potest Episcopus proximior ut Sedes Apostolica delegatus Ecclesias nullius Diocesis seculares, non autem Regulares.
- 33 Visitatio censetur facta iure Ordinario, quando fieri non potest iure delegato.
- 34 Castrum de Balneo exemptum est a jurisdictione Episcopi Burgi S. Sepulchri.
- 35 Jurisdictio Episcopalis ex quibus censetur translata in inferiorem Prælatum privative ad Episcopum.
- 36 Dicitur omnimode quid importet.
- 37 Reservatio in aliquibus arguit concessionem in reliquis.
- 38 Jurisdictio in favorem certarum personarum censetur tributa privative, non autem cumulative.
- 39 Idem in jurisdictione acquisita per prescriptionem.
- 40 Monasterium curatum exemptum visitari potest ab Episcopo iure ordinario in concernentibus curam animarum.
- 41 Concilium Tridentinum tribuit jurisdictionem Episcopi tanquam Apostolica Sedes delegatis, ubi voluit exemptionem privilegia vulnerare.
- 42 Visitari possunt ab Episcopo Ecclesia secularis exempta, etiam curata & a Monasterio dependens vel unita, sed iure delegato tantum.
- 43 Idque expressi ab Episcopo declarandum, ibidem.
- 44 Visitari cur possunt iure ordinario Monasteria curata & seculares vero Ecclesie exemptæ iure delegato.
- 45 Gravatus in uno, in alio releatur.
- 46 Episcopus visitans Ecclesias Monasterio Cassinensi unitas, an sit admittendus ad visitationem plenariam.

- 1 **C**um dilectus. Monasterium subiectum est Episcopo in cuius Diocesi situm est, nisi probetur exemptum. Hoc dicit quoad titulum. Et tres habet partes secundum Holtiensem. In prima instruitur delegatus quater super sententia pronunciet. In 2. & 3. qualiter pronunciare debeat super subiectionem. Secunda hic. Quid si. Tertia hic. Similiter.
- 2 Nota primò ex illis verbis, cum Nuntius Monasterii super procuratione litteras non haberet inter Nuntium & Procuratorem hanc esse differentiam, quod Nuntius dicitur qui mandatum non habet, Procurator vero qui aliena negotia mandato Domini administrat, ut lege 1. ff. de Procur. secundum Card. hic in 1. notab. unde simplex Nuntius non admittitur ad agendum, arg. e. 1. supra de Procurator. & c. Cum dilecti de dolo & contum. & notat glossa in c. Bone, il primo in verbo Nuntium; & hic etiam Host. n. 30. in eodem verbo & Joan. Andr. n. 54. de elect. Et si ille qui est Procurator fecit ut Nuntius, non valet quod agitur, ut lege Multum, cod. Si quis alter vel sibi & l. cum qui, §. Julianus, ff. de Constitut. pecun. & notat Bart. in lege Qui autem, §. Constituire, n. 5. ff. eodem, nec validatur rathabitione quod gessit Nuntius si mandatum non precessit, ut ex mente Petri referit Cinus in d. l. Multum & Bartol. in d. §. Constituire, n. 6. Et hoc tenent communiter omnes Doctores, excepto Jacobo de Arena, ut Bald. testatur in d. l. Multum n. 8. ubi in 10. 13. & 15. hanc partem latissime tuerit. Porro, ut inquit glossa in lege Et licet per illum textum, ff. de constitut. pecun. & Bart. in d. §. Constituire n. 3. Nuntius est quoddam organum, quo mediante vadit vox unius ad alium, sicut per epistolam & licet aliquis loqueretur per picam aliquam seu bovinam & hoc modo vocem suam ad alium transferret. Unde fit ut non queratur Nuntio & per Nuntium Domino, sed recte queratur Domino, cum Nuntius conferat verba in personam Domini, ut hic per Bart. in 2. & 4. notab. unde prohibuit substituere, potest nihilominus explicare per Nuntium, ut notat Baldus in rubr. cod. de exercit. act. ead. dem differentias ponit glossa in d. l. Multum in verbo Potes, ubi dicitur Nuntius est veluti pica & organum Domini; & in persona Domini debet verba contractus concipere; & ita Domino querit per seipsum non per alium & concipit verba sic. Verbis illi, ut in d. §. Constituire. Si autem est Procurator, tunc verba contractus debet concipere in sua persona & sibi querit, ut leg. Qui aliena in fine. cod. si quis alteri vel sibi. Sed Domino cedere tenetur, ut leg. possessio quoque, §. Est possessio ff. de acquirenda possessione. Procurator enim substantiat contractum in se, licet procuratorio nomine, ut Bald. inquit in d. l. Multum num. 19. ubi d. num. 19. has differentias inter Nuntium & Procuratorem late prosequitur & Angelus post eum in consilio 44. incipienti Pater quidam, circa medium, vers. Et pro hoc potissime facit.
- 10 Secundo nota hic iudicetis illas sententias non tenere, duos casus in quibus sententia censetur esse ipso jure nulla secundum Holtiensem sub numero 1. vers. Item habet hic duos casus. Bart. & Card. ambo in secundo & quarto notab. & Joannem de Anan. n. 3. Primus est cum sententia fertur post appellationem legitime interpositam etiam extra judicialiter, concordat cap. Dilecti, il. primo supra de appellat. cap. Cum contingat, de offic. de leg. cap. Per tuas & cap. Licet de sentent. ex. omni. lib. 6. unde Abb. num. 2. in 1. notab. docet bonam praxim ut subditus qui timet ne injultè excommunicetur a Superiore, extrajudicialiter appellet à gravamine verisimiliter futuro. Secundus casus nullitatis est cum sententia fertur contra exemptum etiam nulla precesserit exempti appellatio cum tunc loquatur alternative; nam per exemptionem subditus eripitur a jurisdictione Superioris, argum. cap. Quia frater, 16. quaest. 1. secundum Abb. hic num. 3. Argue ita sententia est nulla ipso jure ex defectu jurisdictione tanquam lata a non suo iudice, cap. At si clerici de iudic. cap. 3. de conjur. & scripsi in capite Tuarum, num. 46. infra de privileg. & fuitus in c. Quod super his, supra de major. & obed. Alii casus nullitatis excommunicationis notantur in cap. Presenti, de sentent. ex. comm. lib. 6.
- 12 Ultimo nota Monasteria de jure communi esse Episcopo subiecta, in cuius Diocesi existunt, quamdiu ex privilegio vel canonica prescriptione non probantur exempta ut hic est casus secundum Joan. Andr. Butr. Cardin. & omnes; concordat text. in cap. Abbat ubi gloss. in ver. Episcopo- rum & in cap. Monasteria 18. quaest. 2. in c. Tua nobis ubi Dec. num. 16. de confirm. arti. vel instit. cum aliis allegatis per Holtien. in cap. de Xenodochiis, sub num. 6. in v. Per sollicitudinem, supra cod. & resolvit Rota dec. 78. n. 1. part. 1. dicitur. Tota enim Diocesis est unum corpus cuius caput est Episcopus, cap. Scire debet, 7. quaest. 1. cap. Quoniam in pterique, §. Prohibemus, supra de offic. ordin. Non decet autem a capite membra discedere, cap. Cum non liceat supra de prescript. cap. 1. 12. dist. cap. Celebratam, de consec. dist. 3. & in Authen. de Eccles. tit. in princip. Unde cum Episcopus de jure habeat intentionem fundatam

super jurisdictione spirituali in omnibus Ecclesiis & locis piis tam secularibus quam regularibus, que intra sua Diocesis fines consistunt, ut in d. c. de Xenodochiis & in capite Constitutus, & c. Cum venerabilis, supra eodem, cum aliis praelegatis et qui dicit Monasterium exemptum omni probandi incumbit, e. Ex ore de privileg. cap. Quid olim, de prescript. cum concord. Adverte tamen, quia ante omnia Episcopus probare debet Ecclesiam, seu locum religiosum, de cuius subiectione agitur intra sua Diocesis fines existere alioquin Ecclesia possit excipere, quoad te liberat adus habeo.

Sed probata existentia intra fines, illico succedit assistentia iura communis pro Episcopo, ut in iuris supra citatis & ita observat Rota, nam cum controvertitur inter Episcopum & inferiorem Prælatum super jurisdictione spirituali in aliquo territorio, mandat ut prius probetur ex parte Episcopi an territorium illud sit intra fines sue Diocesis, ut in Anconitana Bonorum seu Attentatorum 6. Novembris 1561. coram Oradino & in Siraquesana Abbatissatus die 1. Decembris 1597. coram Corduba, & in Luc. ubi seu nullius jurisdictionis 4. Martii 1598. coram Cardinali Seraph. in impressis dec. 1278. & in practica Episcopi consueverunt probare in Rota existentiam intra fines, eaque probata aduert. Sacr. Congregationem Concilii, à qua statim obtinent declarationem super visitatione, cognitione causarum Matrimonialium & criminalium, licentia predicandi, approbatione confessionis & aliis id genus, donec inferior statum nullius Diocesis, vel jurisdictionem spirituales & temporales in eorum & populam probaverit per tres sententias conformes, vel unam que in rem iudicatam transierit ut scripti plenius in c. Quid olim, an 36. supra de prescript. Hodie Monasteria ferunt omnia saltem in Congregationem redacta ad prescriptum cap. In singulis, infra de stat. Monach. & Concilii Tridentini c. 8. sess. 25. de Regular. exempta sunt à jurisdictione Episcopi Diocetani etiam in tribus casibus exceptis in c. Volentes, de privi. lib. 6. ut dixi latissime in c. Tuarum, infra eodem tit. nisi Monasterii cura animarum incumbat personarum secularium; quia tunc subiungit Episcopo in cuius Diocesi sita sunt in his que dictam curam & Sacramentorum administrationem concernunt de decreto Concilii Trid. c. 11. sess. 25. de Regular. Quod plenius hodie sancitum est in Constitutione Gregorii XV. de exempt. priv. ut dixi in c. Cum capella de privi.

Ex facto quaeritur est an Abbatia seu Monasterium de Balneo sit nullius Diocesis vel exemptum. Et an Episcopo Burgi S. Sepulchri comparat iure Ordinario facultas illud visitandi una cum Ecclesia eidem subiecta.

Status huius Ecclesie, qui colligitur ex scripturis exhibitis potest considerari iuxta tria tempora. Primum est ante erectionem Burgi S. Sepulchri in Episcopatum. Et in hoc statu manifestum est dictam Ecclesiam dumquand fuisse Diocesis Burgi S. Sepulchri que nondum erat in rerum natura; ideoque in litteris erectionis oppidum de Balneo dicitur esse nullius Diocesis. Secundum tempus est ab anno 1520. quo tempore Leo X. erexit Burgum in Cathedralium usque ad concordiam postea intam anno 1581. inter Archiducum Episcopum Burgi & Abbatem Monasterii de Balneo & a Gregorio XIII. confirmatam in quo statu non videtur dubitandum quinimod dicta Ecclesia fuerit in Diocesi S. Sepulchri, nam Leo X. in litteris erectionis Episcopatus attribuit illi pro Diocesi castrum de Balneo una cum suis Ecclesiis his verbis: Necnon castrum Sancte Mariae in Balneo nullius Diocesis & singulas Parochiales Ecclesias predictas cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem Ecclesie S. Sepulchri, & illius mensis pro illius districta & Diocesi, necnon omnes & singulos Clericos seculares & Ordinum quorundam Religiosorum pro Clero, incolis & habitatoribus dictarum civitatis & Diocesis perpetuo applicamus. Tertium tempus est à concordia predicta, seu illius confirmatione usque in presentem diem. Et in hoc statu quavis res non sit adeo clara, verius tamen videtur Ecclesiam de Balneo remansisse in Diocesi S. Sepulchri quemadmodum erat ante concordiam.

Primò, quia etiam Episcopus ad extinguendas lites que sibi cum Abbate super jurisdictione intercedebant transigerit ut ad Abbatem pertinere omnimoda jurisdictione, tamen non processit in concordia per viam dismembrationis territorii, quod requiritur ad constituendum statum nullius Diocesis ad notata per Joan. Andr. in c. Nimis de iureiuran. & per Abb. in cap. Cum contingat n. 18. de foro compet.

Secundò, quia Episcopus retinuit sibi facultatem in dicto Castro Pontificalia exercendi, Ecclesias reconciliandi & Christina conferendi. Ergo locus remansit in sua Diocesi, cum huiusmodi munia non possint ab Episcopo in aliena Diocesi exerceri, Clem. Archiepiscopo, de privi. Vitalini in Clem. 1. num. 17. de foro compet. & hodie statutum est decreto Concil. Trid. c. 5. sess. 6.

Tertiò, quia etiam Episcopus in concordia tribuerit Abbati omnimodam jurisdictionem, tamen nec ipsum Abbatem nec

nibus Apostolicis subest Jurisdictioni Ordinarii loci & Fratres tenentur singulis annis eidem Ordinario reddere rationem administrationis Hospitalium, ut scripsi plenè in c. *Tuarum*, n. 25. *infra de privi.* Quid si generaliter queratur, an Religiosi possint prædici Hospitalibus, glossa tenet non posse in d. clem. *Quia continet* in verbo *secularibus*, quia non reperitur permissum Monachis accipere beneficia nisi curata, & *Super eo de Regular.* quare si Hospitalia non est curatum, Religiosi eis prædici non possunt. Et ita etiam respondit Feder. de Senis *conf.* 29. & tenet Paulus in d. clem. *quia continet*, qui tamen hoc limitat nisi sit Hospitalia alicujus Religiosis. Sed Lapsus de Cathilione in *repet. c. prox. supra eod.* distinguit an Religio sit instituta ad Hospitalitatem, ut Sancti Antonii Viennensis & Cruciferorum; & tunc potest Religiosus institui, quia nihil obstat; an verò Religio non sit instituta ad Hospitalitatem; & tunc subdistinguit, nam aut Hospitalia est annexum Ecclesie curate & Religiosus potest prædici, quia attenditur ipsa Ecclesia que est principalis, c. *Extirpanda*, §. *Qui verò de prob. &c.* *Super eo, eod. tit. lib. 6.* aut Hospitalia non est annexum; & tunc Religiosus eis prædici non potest & vera est glossa in d. clem. & hanc distinctionem Lapsi sequitur Card. in *cap. preced. num. 4. quaest. 3.* subdens conversos subijci eidem prohibitionibus quibus Monachi, *cap. Dubium de sentent. excommuni.* sicut & oblatos, *cap. Tuarum & cap. Ut privilegia* & quod utrobique notatur de *privilegiis.*

Secunda conclusio negativa est. Hospitalia edificata vel ordinata sine autoritate Episcopi non efficiunt Religiosum vel Ecclesiasticum & ideo non subest visitationi & jurisdictioni Episcopi Diocesani. Hæc conclusio probatur aperte sic à contrario sensu; & ita per hanc Decretalem firmant hic Innoc. Host. Joan. Andr. Butr. Card. Abb. & alii communiter. Host. in *summa de Regul.* §. 1. verò. *Quid de rusticis & Specul. de stata Reg. verò.* 36. *Rot. apud Farinac. dec. 30. n. 8. par. 2. recent. Calder. conf. 353 alius 23. de testam.* ubi dicit. Hospitalia sine autoritate Episcopi fundata esse locum merè profanum; & idem scripsit Bald. in *conf. 319. Præmittendum est circa princ. verò. Debet ergo lib. 5. & conf. 5. Quidam ex hoc post med. lib. 3.* & hujusmodi Hospitalia constructa sine Diocesani consensu non subesse Episcopo consueverunt etiam Card. *conf. 121. per totum, maxime n. 2.* Paul. de Castro *conf. 355. Quaritur lib. 1. plenè Roman. conf. 477. n. 14. & seq. ubi n. 15.* inserit consilium præallegatum Calderini. qui idem tenet.

Ampliatum primò, hæc secunda conclusio ut habeat locum etiam Hospitalia hujusmodi sit cum Oratorio, nam est Vincent. & Tancred. hic relati à Cardinali n. 5. dicant ad construendum Hospitalia cum Oratorio, necessarium esse Episcopo consensum, tamen oppositum sentit Innoc. quia unicuique privato licet habere Oratorium in domo propria, dummodo non habeat formam Ecclesie nec hic celebrentur Missæ & unicusque & c. *Clericus de consue. dist. 1.* & est textus expressus secundum unum intellectum in c. *Inter dilectos de donat.* ut hic per Abb. n. 6. & dixi latius in c. *In his infra de privi.*

Ampliatum secundò, ut in tantum privatus possit sibi construere Hospitalia in domo propria sine autoritate Episcopi, ut etiam possit tractu temporis lectos inde amovere & Hospitalia ad usus profanos reducere. Ad hoc dicit. *cap. Inter dilectos*; & quod hic notat Innocentius, latè Card. *conf. 121. n. 3.* Paul. de Castro d. *conf. 355. in princ. lib. 1.* Quod tamen intelligit Abbas hic n. 4. ut procedat quoad eum tantum qui Hospitalia edificavit seu ordinavit. Sed eo mortuo, non putat posse Hospitalia in usus profanos converteri per textum in *Authent. de Eccl. tit. §. Si quis a destinationem.* Et hanc distinctionem alia probavit Sacra Congregatio Concilii, ut dixi in c.

Ampliatum tertio, eadem conclusio ut procedat non tantum in Hospitalibus, sed etiam in omnibus piis locis que nisi constructa fuerint autoritate Episcopi, non subiant illius visitationi, nam est Decreto Concilii c. 8. *sess. 22.* statutum fuerit ut Episcopi habeant jus visitandi omnia pia loca, etiam illorum cura ad laicos pertineat, tamen hic adiciuntur verba. *In casibus à Jure concessis*, nec non illa. *Juxta Sacrorum Canonum Statuta* que restringunt dispositionem ad limites Juris communis. Unde sicut loca pia non Religiosa seu Ecclesiastica non subiant Episcopo de Jure communi ut hic, ita nec post Concilium. Unde in declarationibus generalibus Sacra Congregatio Concilii ad c. 8. reperitur infra scripta, videlicet. *Ordinarius non habet auctoritatem visitandi Hospitalia neque Confraternitates que à laicis reguntur nisi in casibus à Jure expressis & c. 8. sess. 22.* Concilii Tridentini intelligitur, & habet locum solummodo in casibus à Jure communi permissis.

Fallit nunc hæc secunda conclusio pluribus modis. Et primò fallit mortuo patrono Hospitalis, quia licet locus non sit Religiosus, tamen cum fuerit causa pietatis institutus, dicitur locus pius & ideo spectat ad sollicitudinem Episcopi, ut pia

fundatoris voluntas executioni demandetur, de quo videtur textus in *Authent. de Eccl. tit. §. si quis autem pro redemptione*; & tenet Abbas in c. *prox. supra eodem n. 3. verò. Quod pato verum.* Roman. *conf. 477. n. 1.* Paul. de Castro *conf. 167. n. 4. usque in finem lib. 2.* Gabriel commun. *conclus. tit. de pia causa, conclus. 2. n. 2. verò. In contrarium.* Menoc. *de recuperat. remod. 15. n. 22. 23. 35. & 37.* quidquid contra scripsit Angel. *conf. 117. col. 2. verò. Si dubitari usque in finem.* Cujus opinio videtur hoste reprobata ex Decreto Concilii Tridentini, c. 9. *sess. 22.* ut ex sequentibus patebit.

Fallit secundò, si Episcopus intendat visitare Hospitalia ad hoc ut videat an impleatur intentio testatoris, c. *Tua nobis de testam.* Feder. de Sen. *conf. 11. n. 3.* ubi dicit. (Si dubium sit an in constructione Hospitalis intervenit auctoritas Episcopi necne, præsumi intervenisse, si habeat signa loci Ecclesiastici. Et nihilominus etiam certum esset eam non intervenisse, tamen cum hi degerent sine personis miserabilibus, sententia esse sub protectione Ecclesie, ut in c. 1. de Eccl. adp. & hic per glossam & Innoc. qui dicit Collegium leprosum videri Religiosum. Unde ad sollicitudinem Episcopi pertinet videre, inquirere, visitare ne bona illius deputata ad usum miserabilium, consumantur, maxime cum bona deputata provenisse ex largitionibus & elemosinis fidelium.) Hæc Feder. quem multoties secuta est Sacra Congregatio Concilii. Et in specie testator quidam Terentius iussit ut ex suis bonis Hospitalia erigerentur in quo exereretur pauperum Hospitalitas à duobus hominibus ab Universitate Terentii huic administrationi prædiciendis. Hospitalia ita erecta absque ullo Episcopi interventu, verè vel præsumptivè Administratores sunt ab Universitate quotannis constituti, qui transacto administrationis tempore, aliis electis Administratores futuri anni rationem reddunt administrationis, nunquam adhibito Ordinario, qui nec etiam Hospitalia ipsam unquam visitavit. Cardinalis Borromæus illud visitare prætendens transmissit Monitorium deputatis Administratores, ac regulares & appellantes excommunicavit & Hospitalis scripturas sequestravit. His omnibus in Sacra Congregatione deductis & propofitis. Responsum est Hospitalia hoc esse privatam, posse tamen ex Decreto Concilii, *sess. 22.* illud visitare, corrigere & reformare in his tantum que ad obviandum voluntatem Fundatoris pertinent.

Fallit tertio quoad rationes administrationis exigendas. Nam est Hospitalia & alia hujusmodi loca sine autoritate Episcopi constructa sint privata, non autem Religiosa seu Ecclesiastica, tamen cum sint loca pia, potest Episcopus ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere, non quidem de Jure communi, sed ex Concilio Tridentino in d. c. 9. *sess. 22.* nam Decretum illud non restringitur ad casus à Jure concessos, sicut restringitur *cap. 8.* in mediata precedens quoad jus visitandi; sed loquitur generaliter & indistinctè & excipit tantummodo casum, cum in fundatione cautum est ut Episcopus non possit rationes administrationis exigere. Unde prædictum c. 9. habere locum etiam in casibus non permissis à Jure, sæpius respondit Sacra Congregatio & in specie ita resolvit in casu Terentii Mediolanensis Diocesis, ut in præcedenti fallentia, nam est declaravit Hospitalia illud esse privatam ut potè constructam sine autoritate Episcopi Diocesani, tamen declaravit Cardinale Archiepiscopum ex d. c. 9. *sess. 22.* auctoritatem exigendi redditionem rationis ab illius Administratores, una tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est.

Amplius idem Cardinalis Sanctæ Praxedis petit declarari, an per c. 9. *sess. 22.* Concilii Tridentini liceat Ordinario exigere rationem ab Administratores piorum locorum merè laicorum & privatorum; & licet ex mente dicti Decreti quod absolute & sine ulla distinctione loquitur, pro Ordinario crederet respondendum, tamen cautius agendo declarationem Sacra Congregationis expectare voluit, Sacra Congregatio censuit c. 9. *sess. 22.* intelligi etiam in casibus à Jure non expressis. Et alius generaliter declaravit Decretum d. c. 9. habere locum etiam extra visitationem & in casibus à Jure non expressis; & licet Episcopi exigere rationem ab Administratores de omnibus locis piis, etiam locorum merè laicorum & privatorum vel publicorum generaliter, sive Ecclesiastica sint sive profana sine ulla distinctione.

Hoc tamen sublimit ut non procedat si ex lege fundationis Episcopus esset exclusus à facultate exigendi rationes. Hanc enim fundationem Concilium Tridentinum non fultit, imò expresse præservavit in d. c. 9. *sess. 22.* hic, nisi loca forte in Institutione & Ordinatione talis Ecclesie seu Fabricæ expressè cautum esset, id est nisi in fundatione esset dispositum, ut ratio administrationis nec Ordinario esset reddenda; hoc enim insinuat verbum *expressè* prout illud intellexit Sacra Congregatio.

Verum tamen si Administratores Hospitalis vel alterius pii loci etiam sine Ordinario auctoritate fundati, essent negligentes in exsequenda pia voluntate Fundatoris, aut inide-

liter administrarent, posset Episcopus rationes exigere eosque compellere ad exsequendam Fundatoris voluntatem, etiam si Fundator hoc prohibuisset, ut est casus in c. *Tua nobis de testam.* & in *Auth. de Eccl. tit. §. Si quis autem pro redemptione*; & ita sæpius declaravit Sacra Congregatio, ut scripsi plenè in prædicta Decretali *Tua nobis in 4. notab. à num. 12. usque ad num. 18.*

Quòd si queratur quam poenam incurrant administratores, qui in Ministrorum & pauperum necessitates converti debent, in suos usus convertere, & usurpare præsumunt; Respondeo tamdiu subjacent anathemati, quamdiu redditus quos occupaverint, integrè restituerint, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerint, ut discretis verbis statuitur in decreto Conc. Trid. c. 11. *sess. 27.*

Quarto de quæstione facti. Postò statuto Universalitatis, ad quam spectat administratio bonorum Ecclesie circa conversationem reddituum in Ecclesiam utilitatem, & circa reddendas rationes administrationis. An Universalitas prædicta, seu illius Officialis, qui pecunias ad Ecclesiam spectantes mutantur eidem Universalitati ad emendam annonam, aliasque illis indigentibus sublevandas; incidit in excommunicationem, *cap. 11. sess. 22. Conc. Trid.*

Videtur respondendum excommunicationem, de qua in Conc. Trid. *sess. 22. c. 11.* non comprehendere nedum Universalitatem ipsam, sed nec illius Officiales, præmissa conclusione gloss. 1. in clem. 1. *de consue. & affinit.* videlicet in materia excommunicationis strictè procedendum, nec faciendam extensionem; & cum sit poena privans hominem tot bonis, non debere induci nisi in casibus in jure expressis, ex gloss. *pen. c. fin. de iure patron.*

Et quidem quod communiter ipsam spectat, eam sub dispositione dicti cap. 11. non comprehendit iudicatur, ponderando Concilium loqui per verbum. *Si quem*, quod extenditur ad Universalitatem Abb. in cap. *Novitius*, n. 2. de his *qua fi. à Prælat. sine consensu Capit.* Ratio est, quia hoc relativum, quis, quem, referat ad hominem, ut notat Alciator in l. 1. *ff. de verb. significat.* seu ad personam ut ante ipsum adnotavit Card. in clem. 1. *q. 1. de elect.* Sed communis, seu Universalitas non est nisi persona ficta, & representata, l. *Mortuo*, & ibi gloss. *ff. de fidejussor.* Ergo in materia sic facta sub hoc relativo, quis, non venit Universalitas, l. 3. *§. Hæc verba*, *ff. de negot. gest.* ut etiam tradit Rebuff. d. l. 1. *in ult. fallen. prima regula.*

Quibus adscribitur quòd Concilium dicit relativò, *Si quem*, personam representantem addit hæc qualiter Clericorum, seu Laicorum, que qualitates cum non convenient Universalitati, sequitur ut nec sub decreto comprehendantur, ut in simili scripsit Card. in d. clem. 1. *de consue. & affinit.*

Deinde hoc ipsum suadet, quia Jura Canonica prohibent ne in Universalitate excommunicato proferatur, *cap. Romana*, §. *In Universalitate*, de *sentent. excomm.* in 6. Ergo non est verisimile, ut Concilium voluerit d. cap. 11. eam excommunicationem supponere, nec etiam secundum modos traditos à Doctoribus in d. cap. *Romana*. Unde quamvis excommunicati possit Universalitas à Papa vel Concilio, ut fuit probati in cap. *Responsio à n. 75. infra de sentent. excomm.* Non tamen ideo sequitur ut eadem in hoc casu à Concilio excommunicationi supponatur; imò potius dicendum est Concilium non fuisse Universalitatem subjicere huic excommunicationi, tum ex supra dictis, tum quia recipere debet interpretationem passivam à Jure communi ad l. 2. cum ibi notatis per Bald. *C. de noval.*

Quod attinet ad particulares delinquentes, ut sunt ipsi Officiales, idem respondendum videtur ex infra scriptis. Primò, quia dicti Officiales nihil horum fecerunt, quibus Concilium excommunicavit poenam annectit: nam Concilium excommunicat tantum illos, qui bona & obventiones Ecclesiarum, & piorum locorum in propriis usus convertendo usurpare præsumunt. Quæ verba cum non convenient casui proposito, sequitur ut nec dispositio sit eidem applicanda, lege 4. *Toties*, & ibi glossa *ff. de damn. infect.* Nam etiam dicti Officiales mutuaverint communicati ad annonam vendendam, ad aliasque ejusdem indigentibus sublevandas, tamen quia ita mutuate fuerunt, ut communitas teneretur eisdem restituere, prout licet; propter hoc nec communitas, nec prædicti Officiales dicuntur obventiones ad Ecclesiam spectantes ita ibi usurpasse, ut in suos converterent usus. Quod enim debet restitui, non dicitur propriè in meum usum, utilitatemve convertitur, l. *Si pro parte*, §. *Verum autem*, *ff. de rem verso*, ubi glossa adducit concordantes. Facit l. *Non videtur curasse*, & l. *Non videtur quisquam id curare*, *ff. de Regul. jur.* Videtur enim Concilium voluisse excommunicare eos, qui prædicta bona sibi ipsi appropriare præsumunt, *cap. Quia Sacerdotes*, n. *quæst. 1.*

Secundò excommunicatio juris semper supponit peccatum morale adesse, adeo ut nisi adfuit, nec ibi habeat locum jus excommunicans, *cap. Nemo Episcoporum* n. *quæst. 3.* ibi:

(Anathema est æternæ mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine.) Navar. in *Manuali*, *cap. 27. n. 9.* Prædicti autem Officiales non videntur mortaliter peccasse siquidem Universalitati Laicorum potest demandari administratio similium oblationum, modò eas sibi ipsi non vendiderint, sed in pios usus convertant, ut per Decium, *conf. 143.* Et fuisse Universalitati sic demandatum fatè præsumitur ex antiquissima observantia subsecuta, ut per Dec. loc. cit. Unde cum saltem mortaliter non peccaverint dicti Officiales, neque ipsi, neque alii ex Universalitate excommunicationi prædictæ censentur suppositi.

Nec obstat quòd imò peccaverint, dum dictum statutum quòd uti iustum in utilitatem Ecclesie factum ab ipsis revocari non potuit, ex Decio, in c. *Ecclesia S. Marci*, in *princ. de Constit.* non servaverunt. Nam responderi potest primò forè dictam regulam procedere in his, que sunt concessa Ecclesie in vim privilegii, seu contractus; non autem si sint concessa in vim legis, vel statuti, ut fuit in casu nostro. Abb. in cap. *Novit.* n. 25. *de judic.* Sed quia oppositum tenet ibi Innoc. n. 6. Archid. in c. *Quicumque*, n. 1. q. 1. Jo. Andr. in c. *Constitutus infra eod.* & alii plerique.

Respondetur secundò eandem regulam procedere quoad statutum jam habuit effectum; scilicet si non habuit, puta quia non fuit usu receptum, quia non obligat, c. *In his*, 4. *dist. c. 1.* ubi gloss. & DD. *de treug. & pac.* Unde nec opus est ut agatur de illius revocatione, cum per non usum sit abrogatum, ut in d. c. *In his*, §. *Leges*, ubi id notat gloss. & Doctores.

Tertio etiam prædictis Officialibus non licuisset prædicta facere, cum non haberent verè dictam facultatem, & factum ipsorum esset in se damnabile, at tamen prædicta committendo eos excusaret saltem ob excommunicationis poenam, ex his que sunt cumulat Tirac. *de privi.* *conf. 42.*

Quarto, etiam prædicti Officialis non excurrant, adhuc tamen ipsi eximerentur à poena excommunicationis Concilii, quod non excommunicat quovis, sed præsumentes tantum, per quod verbum, ut notat Cardinal. communiter receptum in clem. 1. *q. 39. de privi.* Qui ex simplicitate aliquid faciunt contra legem excommunicantem, excusatur; quod autem prædicti homines supra dicta ex simplicitate & bona fide fecerint, vel ex eo patet, quòd omnia prædicta publicè fecerunt. Cui doctrinæ si addatur quod ponit Tirac. *ubi supra conf. 43.* dum vult omnem causam etiam non rationabiliter excusare, concludetur prædictos homines excusandos, qui sicut simplices juris ignari, ac tanquam peccatores eos qui præcedebant, bona fide incitati, sublecati sunt. Non obstat illud quod ex Angelo, Imola & Plot. contra prædictos adducitur ad probandum eisdem fuisse prædones ac dolosos, seu fures, qui hujusmodi poenas effugere non possunt, nam responderetur prædictas auctoritates, que fundantur super l. *Pom. usus*, §. *Ex facto ff. de acquir. possid.* intelligi debere non de omni administratore, qui res sibi commissas in suos convertit usus; sed de illo qui clam, & per fraudem voluit decipere, & fraudare suos principales. Et ita probabile textus, ac etiam Imola, qui cum aliis adductis ita est intelligendus. Prædicti autem Officiales esto in aliis deliquissent; non tamen voluerunt fraudare ratione administrationis, super qua fraude & occultis deceptione fundat se Jurisconsultus in d. §. *Ex ratione*. Præterea quatenus etiam fuissent prædones quoad aliquid; tamen non sequitur ut sint tales, quales Concilium excommunicat.

Quòd si adhuc inlertur, imò ipsos Officiales fuisse fures, dum dictis pecuniis in alium finem, & ad alium effectum uti fuerunt, quam esset in ob quem penes ipsos dictæ pecunie deponerentur, cum à ratione usus facti furum, inquit. *de furt. in princ. & §. Furtum autem.*

Respondetur primò Concilium non excommunicare eos qui peccant circa usum rei, salva remanente re, sed eos qui sibi ipsi rem appropriant privando Ecclesiam ipsa re.

Secundò respondetur ea loca procedere in eo qui fraudulenter re aliena utitur, ut ibi habet textus, & notat glossa in *ver. Fraudulosa*, que infert, ut si hoc faceret quis non fraudulose, sed bona fide putans sibi licere, vel Domino dupliciter, non committeret furum, prout fuit in casu nostro; quippe poterunt credere dicti Officiales Ecclesiam interrogatam permissuram, ut dictam pecuniam otiosam darent Communitati egentibus.

Quibus accedit quòd prædicta videntur forè procedere in illo usu, qui est pretio estimabilis, ut colligitur ex glossa in *ver. Usus.*

Postremò tamen ratione abusus furum commissifert, non tamen propterea in excommunicationem incidissent, nam Sacra Congregatio aliàs declaravit eos, qui tanquam fures bona Ecclesiarum surripunt, non incidere in poenam dicti cap. 11. sed ad juris prædicationem esse puniendos. Ex quibus dicti homines videntur simpliciter admoendi, ut de cætero cautiùs agant, & à similibus abstinant.



DE RELIGIOSIS DOMIBUS

Innocentius III. Constantinop. Patriarche.

CAPUT V.

Inter quatuor & infra. Quamdiu Monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares clericos transferenda. Sed si Regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis seculares clerici poterunt ordinari.

SUMMARIUM.

- 1 Religiosus locus debet reformari de Religiosis duntaxat, non de secularibus nisi in defectu Religiosorum.
- 2 Monasterium Regularium, nullus circa Papam potest ad statum secularem reducere, etiam si in eo regularis disciplina sit collapsa, sed reformari debet per ipsamet Regulares.
- 3 Quod locum habet tam in Monasteriis Monachorum, quam Canonico Regularium, & aliorum Religiosorum.
- 4 Monasterium reduci potest ad statum secularem, cum non reperiantur Regulares qui possint illud reformare.
- 5 Et qui gradus in hoc sint reservandi.
- 6 Monachi praesentem in contemplatione, Clerici in praerogativa officiorum.

- 7 Monasterii Sancti Victoris Massiliensis secularisatio denegatur in Sacra Congregatione rerum Consistorialium.
- 8 Otto Imperator monetur ab Apostolo ne Monasterium Sancti Pauli de Urbe ad statum secularem reducat.
- 9 Monasterio Sancti Vincentii Meten. Ordinis Sancti Benedicti secularisatio denegatur.
- 10 Arcet, propugnacula & hospitalitates militum non sunt iuxta causas secularisandi Monasteria Regularium.
- 11 Monasteria, in quibus alii non possint tot Religiosi, quot sufficiant praerogativa officiorum, statim transferri possunt ad statum secularem.

Inter quatuor. Locus Religiosus debet reformare de Religiosis duntaxat, non de secularibus, nisi in defectu Religiosorum. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Cardin. Abb. & Jo. de Anan. distinguunt duo membra, & secundum prosequitur ibi, Sed si: & pars hujus c. Inter quatuor, de clericis, peregr. de major. & obediens. Et de cler. non resident.

Nota ex hoc textu regulam & casum ab eo exceptum: regula est quod nullus circa Papam potest Monasterium ad statum secularem reducere, etiam si in eo Regularis disciplina sit collapsa, sed reformari debet per ipsamet Regulares, ut in prima parte textus. Concordat cap. Peruenit, si secundo, 18. quasi. 2. cap. Una semel dedicata sunt Monasteria, 19. quasi. 3. cap. Relatum, Ne Cler. vel Monach. cap. Possessiones, de rebus Ecclesie non alien. & cap. Ea qua de stat. Monach. hic alleg. in glossa unica.

Rationem hujus Regulae assignant nonnulli, quia quae semel Deo sunt consecrata, mundanis ulibus deputari non debent, ut legitur, & notatur in cap. Ad haec, supra eodem. Sed haec ratio non placet Hostiens. hic num. 2. Quia Clerici seculares non sunt in sacra, imo sunt Dei milites, cap. Eo libentius, de serv. non ordin. Ratio igitur est, ne in via Dei, in qua de virtute in virtutem ascendendum est fiat descensus, sed potius ascensus, l. Ut gradatim, ff. de muner. & honorib. cap. Legimus, in fin. 91. dist. cum concord. hic allegat per Hostiens. in princip. Cum quo transeunt Joan. Andr. n. 1. Abb. notab. & alii committent. Et cum ratio generalis sit ad omnes Regulares, consequens est ut proposita Regula locum habeat non tantum in Monasteriis Monachorum, de quibus loquitur haec Decretalis, sed etiam Canonico Regularium, & aliorum Religiosorum, prout firmant Hostiens. & Joan. Andr. loco citato. Card. n. 2. & Joan. de Anan. in primo notab. Casus à Regula exceptus est, cum Regulares non reperiantur qui possint Monasterium reformare: tunc enim potest reduci ad statum secularem, ut patet in littera ibi, Sed si Regularis defuerint: & notat Abb. hic num. 1. vers. Casus exceptus, Joan. Andr. Butr. Card. & omnes in summano tractu.

Et per praedicta in Sacra Congregatione rerum Consistorialium habita die 17. Decemb. 1648. rejecta fuit supplicatio Monachorum Monasterii S. Victoris Massiliensis Ordinis S. Benedicti, qui petebant secularizationem dicti Monasterii, & reductionem Monachorum ad statum Canonico Regularium, nam est in eo Monastica disciplina plurimum esset collapsa; tamen cum dicitur esse caput Congregationis, & inter ceteras Abbatias & Prioratus à se dependentes habeat quatuor Monasteria aggregata, & unita Congregationi Sancti Mauri ejusdem Ordinis, in qua benedictive Domino Regularis observantia praerari & mirifice per totam Galliam inflatur: est: & sic non desint Monachi ejusdem Ordinis, qui possint hujusmodi Monasterium reformare, non est ullatenus ad seculares Clericos transferendum, ut hic patet, & in concordantibus supra citatis n. 2. Quod si per Monachos ejusdem Ordinis reformari non possit, tunc illi ejectione Fratres alienius Ordinis in illud essent inducendi, ut labores impiorum illi edant, dicit textus in d. cap. Relatum, ne Cler. vel Monach. nec Clerici seculares essent in eo instituendi, in defectum omnium Regularium, secundum gradus quos supra distinximus n. 5.

Fuit etiam ponderatum quod refert Cardinalis Baro. ad q. 8. nam Christi 996. in haec verba. (Contigit ipso in tempore, ut Imperator Otto III. ad quarundam suggestionem Monachos pravè dogentes in Ecclesia & Monasterio S. Pauli de Urbe expellere cogitaret, ut Canonici in eodem loco servituros, prout ei suggestum fuerat, substituerent. Cum hoc appeteret implere decretum, apparuit ei noctu per visum Beatissimi

issimus Apostolus Paulus, atque eundem Imperatorem ejusmodi monere curavit: Si verè, inquit, zelus divini servituti operis te adurit, vide ne hujus propositi institutum praesumat in Monachis immutare expellendis; non enim expedit cuiquam Ecclesiastici Ordinis, quovis ex parte depravati, ampositum unquam abjici, seu immutari: in eo namque utrovisque judicandum est, in quo se primò vovit Deo servire. Recemdati enim tantum licet corruptio cuique in eadem propria vocationis forte. Taliter monitus Imperator restitit suis que audierat ab Apostolo, curamque agens qualiter eorum institutum, scilicet Monachorum, qui vixissent in melius reformare, non expellere à loco. Hæc Baronius.

Demum omittis aliis ponderatum fuit exemplum Monasterii Sancti Vincentii Metensis civitatis Ordinis S. Benedicti, de quo in litteris fel. record. Urbani VIII. tenoris infra scripti videbunt. (Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilecti filii moderni Praesidentis, & Visitatoris Congregationis SS. Vittoni & Nidulphi Ordinis S. Benedicti, quod Monachorum Monasterii S. Vincentii Metensis civitatis ejusdem Ordinis eulque devenit morum relaxatio, ac vita scandalosa, ut Religiosae observantiae immemores secularem statum anhelare, illumque à Sede Apostolica postulare non erubuerint, maxime cum scandalo totius civitatis, cum gravi dispendio temporalis & spiritualis Monasteriorum dictae civitatis, & Ordinis in hoc interesse habentis, & contra mentem Fundatoris dicti Monasterii, quibus, & aliis gravius causa mota Sedes Apostolica praesumat secularitatem hujusmodi ejus denegavit. Quia verò indecens est habitum gestare Religiosum, & dissimilem ab eo vitam ducere, Idcirco Praesident, & Visitator praesatus de dictorum Monachorum salute, Regulari observantia, ac rei divinae augmento sollicitus laudabilem viam reformationem ad instar aliorum in primo dictam Monasterium nostro & Sedis ministerio introduci cupiens, nobis humiliter supplicari fecit, ut supra praemissa ut infra de benignitate Apostolica opportuno providere dignemur. Nos igitur dicti Praesidentis & Visitatoris vota ita, quantum cum Domino possumus, annuere volentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Regularium propositorum consilio Frater tati tur Frater Episcopo, qui, ut accepimus venerabilis Fratris Episcopi Metensis Sullraganeus in praesens exiit, ac discretioni vestre filii Cantor, & Archidiacone, & vestrum cuilibet per presentes committimus, & mandamus, ut praedictum Monasterium Sancti Vincentii Metensis, ejusque Religiosos autoritate nostra à omni spelleatione remota vitaretis, seu aliquis vestrum visitet cum facilitate illos citandi ad comparandum coram vobis, aut vestrum quolibet, sub excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris & penis, excommunicandi subitus, & vitam scandalosam corrigendi; & in dicto Monasterio S. Vincentii Metensis propositam reformationem introducendi, prout in Monasterio SS. Arnulphi, & Clementis ejusdem civitatis introducta reperitur. Si vero Prior & Monachi propositi praesati Monasterii reformationem hujusmodi admittere renuerint, vos, & vestrum qui libet Religiosos reformatos Congregationis praedictae SS. Vittoni & Nidulphi in possessionem dicti Monasterii, omniumque bonorum & reddituum mensis Conventualis illius, quam ad Abbatiis nunc separatam Monachi dicti Monasterii S. Vincentii possident, immittatis, seu quilibet vestrum immittat, Monachosque ipsam reformationem respicere, reculentes ab eodem Monasterio dimittatis, seu quilibet vestrum dimittat, suscepto per eos habitu Clericorum secularium, ac singulis eorum arbitrio vestro congrua fructuum portione assignata pro illorum sustentatione illorum vitæ durante, Novitius verò juxta eandem reformationem professionem emittere factus, seu quilibet vestrum faciat, vel si renuerint, è Monasterio ejectionis, seu quilibet vestrum ejectionis, mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae Monachis dicti Monasterii Sancti Vincentii Metensis, illisque Superioribus, & personis quibuscumque, ut vobis, & quilibet vestrum in praemissis omnibus & singulis promptè pareant, & obediunt, vestraque salubria monita & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent, aliquos sententiam, sive poenam quam rite tuleritis seu fueritis, seu quilibet vestrum tulerit seu fuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctoritate Domini usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem ut si quae graviora in hujusmodi visitatione reperieritis, seu aliquis vestrum repererit, necnon informationes omnes desuper sumendas sub vestro, vel cu-

juslibet vestrum sigillo clausa ad Nos quamprimum diligenter transmittatis, seu aliquis vestrum transmittat, & quicquid in illis statuendum fuerit, maturâ consideratione adhibita determinabimus. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasterii S. Vincentii Metensis, & Ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis Monasterio S. Vincentii Metensis, illisque Monachis, Superioribus, & personis praedictis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, & aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dantur specialiter & expresse derogamus, exterisque contrariis quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Anno M. DC. LXX. die 13. Octobris 1634. Pontificatus nostri anno duodecimo.)

Nec visum fuerunt relevantes rationes per Monachos adductae. Nam quoad propugnacula, & turres, & hospitalitates militum in eodem Monasterio, multa sunt alia Monasteria quae subjacent huic incommodo, & in individuo in Congregatione Sancti Mauri extant Monasteria S. Michaelis in periculo maris in Normandia, S. Andreæ de Villanova è regione Avenionis, & S. Honorati Lerinensis in Provincia, & in Congregatione SS. Vittoni & Nidulphi ejusdem Ordinis est Monasterium S. Vittoni in Civitate Verdunens. inus quod constructa est arx, quam appellant la Citadella, & Monachi seorsim habitant in suo claustris. Unde sic fieri poterit in Monasterio S. Victoris, cum habeat amplam ecclesiam. Nec talis videtur justa causa illud reducere ad statum secularem, cum praesertim hoc insigne sit Monasterium, & fere mille annos erectum, & in eo ne putetur corpus Beati Pontificis Urbani V. Monachi ejusdem Monasterii, qui inibi sepeliri voluit in habitu Monachis, & secularisatio à centum annis & amplius à Monachis petita, fuit semper denegata per Sedem Apostolicam. Item verendum esset ne hoc exemplo alii quoque Regulares eandem Sedem inquirerent pro similibus secularizationibus obtinendis. Olim similiter petebatur, ut in Monasterio S. Dionisii Parisiens. ejusdem Ordinis plurimum depravati Canonici seculares instituerentur, sed tandem in eo per Monachos Congregationis S. Mauri Regularis vita, observantia & reformatio exactè introducta est cum satisfactione totius Galliae.

Limite nunc notabiliter regulam superius propositam n. 2. 15. qui tractatum est Monasteria non esse transferenda ad Clericos seculares, sed esse reformanda per ipsomet Regulares ejusdem vel alterius Ordinis, ut locum non habeat in Monasteriis in quibus vel ob reddituum tenuitatem, vel ob aëris intemperiem, vel ob infestationes flagitiosorum hominum, vel aliam ob causam actu non sustentantur, nec sustentari possunt tot Religiosi quot sufficiant ad observantiam Regularis disciplinae. Talia enim Monasteria cum sint incapacia reformationis, statim transferri possunt ad statum secularem, nec servandi sunt gradus, de quibus supra n. 5. ut plene probavimus in c. Relatum, à n. 8. usque ad n. 21. infra Ne Clerici, vel Monachi & propterea san. mem. Innoc. X. suppressit, & ad statum secularem reduxit parvos ejusmodi Conventus in tota Italia, & Insulis ad centibus, ut in Bulla quae incipit, Insuperanda, edita anno 1652. diebus Octobris, cujus tenorem unâ cum hiltoria totius rei gestæ retulimus in praedicta Decretali relatum, à n. 41. usque in finem.

Constitutus. Ecclesia sita in Diocesi Episcopi, teneret ei in Episcopibus respondere, nisi appareat remissa, & potest Episcopus remittendo spiritualia censuum sui retinere. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Collect. Bellam. Butr. Cardinal. Anchar. Abb. & Joan. de Anan. & sunt duae partes in prima facti, vel causae narratio. In secunda ipsius definitio, ibi, Cum autem. Prima subdividitur in tres, in quarum prima actoris petitio in secunda, ibi, Verum, Rerum definitio. in tertia, ibi, Ceterum, actoris replicatio, & est pars cap. Constitutus, infra de pan. Pro intelligentia hujus textus, vide quod scripsi in cap. Cùm pridem, n. 38. supra de pact.

fraternitatis & presertim hospitalis ei adjuvanti relinquendam confraternitatis & Officialibus ab ea deputatis iuxta sententiam latam a Delegato Sixti V. Reddunt autem & erogationem elemosinarum, si in certos usus destinatae sunt non debere, nec posse Episcopum in alios usus convertere. Si vero distributio est arbitraria confraternitati & bene utatur confraternitas illa, suo arbitrio permittat sic Episcopus aliis providere prout melius expedire videbitur.

14. Rursus confratres hospitalis S. Marie Mediolani, preterebant se non posse ab Ordinario visitari, nec ei teneri reddere suae administrationis rationem, allegantes scholam seu domum dicti hospitalis nullum altare vel campanile habere, nulla Ecclesiastica immunitate ejus bona gaudere, pro ejus litibus Judices laicos adiri, officiales ab ipsis confratribus deputari in alienationibus bonorum & contractibus hospitalis nullam solemnitatem adhiberi que adhibenda est, cum bona Ecclesiastica distrabantur; a principio a laicis esse fundatum; & a tempore immemorabili esse eorum in quasi possessione omnes ejus exercendi sine Episcopi auctoritate & ideo nullo modo ejus jurisdictioni aut visitationi subjacere, Archiepiscopus autem illud visitare preterens ac sibi reddi administrationis rationem, allegabat omnes hujus hospitalis redditus consistere in legatis testatorum relictis cum onere distribuendi pauperibus & Missas celebrandi; & ideo se esse visitandum ut videret non pie testatorum voluntates in aliquo fraudarentur, Sacra Congregatio censuit Archiepiscopum posse visitare & exigere rationes redditionem ab administratoribus illius hospitalis. Et praesupposito de consuetudine reddi rationem certis personis deputatis; Archiepiscopum una cum ejusmodi personis auctoritatem habere exigendi hanc redditionem rationis, & suam sententiam dicendi.

15. Ampliatur quarto, ut hospitalia possint ab Episcopo visitari etiam illorum administratores & ministri laici a Principe deputentur vel conferuntur, nam decretum d. cap. 8. sess. 22. excipit a visitatione Episcopi illa tantum hospitalia quae sunt sub immediata Regum protectione quae exceptio firmat regulam in contrarium in aliis Principibus in quibus non viget tanta ratio, quanta in ipsis regibus propter sublimitatem dignitatis. Ad hoc cap. fin. de offic. deleg. lib. 6. hic, Regibus & Reginis, qui sicut dignitatis altitudine praevincunt sic praerogativa gratia ipsos convenit excusari. Simile in cap. Ne aliqui vers. Illi qui Regibus de privileg. col. lib. 6. in Extravag. Execrabilis, §. Nos itaque de preben. Et quando Concilium voluit preservare jura aliorum Principum expressit ut fecit in cap. 9. sess. 25. ibi; Exceptis aliis quae ad Imperatorem & Reges seu Regna possident, atqueque sublimis ac supremis Principes jura imperii in dominis suis habentes pertinet.

17. Unde cum Eugubini cives obtinissent a Sede Apostolica per septem cives hospitalis majus dictae civitatis quatuordecim eligendos & a Duce Urbini conferendos gubernari; petiit Episcopus Eugubinus an sibi liceret dictam Hospitale liberè visitare & sub ejus nomine ea ordinare etiam patiendi quae ad ejus utilitatem necessaria viderentur, S. Congr. respondit ex c. 8. sess. 22. licere Episcopo visitare & ea cognoscere, & excipi quae in dict. cap. 8. continentur.

18. Ampliatur quinto, etiam hospitalia & alia ejusmodi loca sint sub cura universitatum; apocrypha enim est decisio S. Congregationis, quam in oppositum allegat Augustin. Barbosa, nam Concilium in d. cap. 8. excipit tantum hospitalia sub regum protectione ut proxime dictum est. Et in illis verbis; Etiam illorum cura ad laicos pertinet. Satis clarè includit etiam universitates, praesertim quia ubi voluit universalitates: preservare discretis verbis expressit ut fecit in cap. 5. in fin. sess. 14. & in d. cap. 9. vers. Exceptis sess. 25. Quod cum non fecerit in d. cap. 8. censetur non illis art. esp. 2. de translat. & l. un. §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. cum similib. ita scriptis, Sacra Congregatio declaravit ut patet in specie decisione relata in precedenti ampliatione.

19. Quomodo vero hospitalia quae ab universitatibus gubernantur, subint visitationi Episcopi & ita & illorum Rectores universitatum privilegia gaudentes. Unde proposito dubio an Episcopus possit cogere magistrum artium gaudentem privilegio universitatis Officem, ad exhibendum testamentum in quo fuit legata pia ab ipso solvenda & eundem ad executionem compellere, Sacra Congregatio censuit utrumque posse.

20. Ampliatur sexto, supra dicta conclusio ut habeat locum etiam hospitalia & loca pia exemptionis privilegio sint munita, nam nihilominus Episcopus potest illa visitare & alia facere quae habentur in dict. cap. 8. sess. 22. ut patet in Clem. Quia contingit, in 1. resp. hic: Etiam si pia loca praedicta exemptionis privilegio munita consistant de relig. domib. innovata a Concil. Trident. in cap. 15. sess. 7. ubi dicitur: Carent ordinarii ut hospitalia quaecumque a suis administratoribus quocumque illi nomine censentur, etiam quomodolibet exemptis fideliter & diligenter gubernentur, eadem de-

rogatio habetur in d. cap. 8. hic: Atque eadem pia loca & in fin. hic; non obstante privilegio, & ita saepius censuit S. Congregatio ut dixi in cap. precedenti; num. 8.

Et alia cum conquisisset Episcopus Pecten, quod Officialis inquisitionis in regio Sicilia, cum teneretur solvere legata pia, effugerent forum Episcopi tanquam Officialis S. Officii, Responsum est Episcopo posse eos compellere ad solutionem non obstantibus allegatis exemptionibus. Et postea cum idem Episcopus obtinisset facultatem eos si minus parere vellent excommunicandi, dubitavit an etiam haberet facultatem abolvendi. Et responsum habere in illis casibus in quibus ex Concilio vel jure communi habet facultatem excommunicandi.

Item Rectoribus hospitalis Plateae Nidi Neapolis petentibus committi causam super visitatione ipsius hospitalis cum ipsi pretendebant ab Ordinario visitari non posse a cujus visitatione & jurisdictione a Sede Apostolica fuerat exemptum ad petitionem Cardinalis Brancatii qui illud reddidit verat. S. Congr. censuit causam committendam in Rota cum clausula sine retardatione visitationis Ordinarii.

Ampliatur septimo, ut Episcopus visitare possit non obstantem contraria consuetudine etiam immemorabili vel statuto; his enim sicut & privilegio expressè derogatur in d. cap. 8. in fin. sess. 22. Quin imò hoc vendicet sibi locum etiam si simul concurrant privilegia, immemorabilia & sententia declaratoria ut patet infra in duodecima ampliatione, n. 36.

Ampliatur octavo, ut Episcopus licet habeat jus visitandi hospitalia & loca hujusmodi, etiam habeat potestatem curandi ut a suis administratoribus fideliter & diligenter gubernentur, servata forma dictae Clementinae; Quia contingit, ut in decreto Concilii Tridentini cap. 15. sess. 7. Item cognoscendi & excoquendi omnia que ad Dei cultum aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ut habetur in d. cap. 8.

Hinc oritur licet Episcopus Narnien. & Administratores hospitalis Sancti Trinitatis super visitatione ac statutorum reformatione, quam Episcopus facere posse pretendebat circa statum & administrationem dicti hospitalis a laicis erecti, & semper ab eis sine Episcopi interventu administrati; cum ad sedandam controversiam adissent S. Congr. Concilii, responsum fuit posse Episcopo visitare & visitando ea statuere, quae ad bonam administrationem pertinent maxime ex quo ipsi deputati negligenter fuerint in providendo abusibus, reservata tamen discussione singulorum statutorum quae Episcopus faciet si forte in eis modum exceverit.

Ampliatur nono, ut Episcopus de jure communi fundet intentionem non solum super visitatione hospitalium & piorum locorum, sed etiam super illorum administratione & ordinatione, Rectorisque & ceterorum officialium deputatione ut probatur in cap. pro. supra eodem ubi hoc tenent Host. Joan. Andr. & ceteri omnes ut ibi dixi num. 2. & in specie Butr. num. 2. (Nota, inquit, argumentum quod super creatione administratoris vel rectoris hospitalis Episcopus fundat intentionem de jure communi, inferior ergo se non intrinsecit & sic hospitalia sunt in administratione Ecclesiae eo quod sunt hospitalia.) Hec ille. Ceterum si ex consuetudine legitime praescripta vel privilegio Apostolice inferioris Episcopo habeant administrationem & deputationem officialium, haec facultas non est subdita a Concilio, quin potius preservata etiam quoad laicos in d. cap. 8. sess. 22. hic etiam illorum cura ad laicos pertinet, ut fuit illud ostensum est supra in 3. 4. 5. ampliatione. Unde etiam post Concilium potest laici competere administratio & cura hospitalium & piorum locorum, sed privilegio & consuetudine eis non suffragantur quominus visitationem Episcopi subire, eique rationes administrationis reddere teneantur, ut patet in seqq. ampliationibus. Quod si queras an mulier possit praesentari curae hospitalis, Lap. de Calchione relatus a Cardin. in cap. praeced. qu. 5. num. 6. tenet posse, nam quandoque hospitalia subiciuntur Abbatibus, licet subdita hospitalia a viris regi consueverint feminae demandari non posse, nec è converso, cap. Cum de beneficio, de preben. lib. 6. In oppositum est littera dicti Clement. Quia contingit, §. 1. de Relig. domibus, hic, sed eorum gubernatio viris providis, idoneis & boni testimonii committatur & hoc placet Cardinali ubi supra, quia regimen ex natura est officium virile. Mulierem autem decet subesse non praesentari, §. tria 3. quae 7. cap. Dilecti & quod ibi notatur, de arbit. & cap. Ex parte de appellat. Quod tamen limitat, nisi esset hospitalia mulierum vel ex speciali causa hoc eis permitteretur.

Ampliatur decimo, supra dicta conclusio, ut non solum possit Episcopus hospitalia & loca hujusmodi visitare; sed etiam singulis annis ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere ut per Cardin. in Clem. 1. num. 14. de testament. Imola in Clem. Quia contingit, numer. 7. de relig. domib. Joan. Franciscus Pavin. de visitat. quae 1. §. 2. part. num. 42. & hodie est expressum in decreto Concilii Tridentini cap. 9. sess. 22. Imò fortius hoc; quia major auctoritas

Cremonensis pro tempore existens adhibetur in reddenda ratione de Fabrica cum aliis ad id deputatis iuxta tenorem & formam dicti Decreti sess. 22. c. 9. conigit dubitari an visis per praedictum Episcopum & deputatos ipsos singulis annis computis & rationibus esset adhibendus idem Episcopus in liberatione ipsa tenenda, ut ipse existimabat mentis fuisse Sanctitatis Suae & Doctorum Cardinalium, vel an sufficeret ut interveniret in reddenda ratione, sed deinde liberatio fieret per deputatos solos, ut antea fieri consueverat; & responsum est non sufficere liberationem fieri per deputatos, sed adhibendum esse Ordinarium.

Porro ex Sententia Sacrae Congregationis Episcopus habet votum abolvendi & condemnandi cum ceteris deputatis & ipsius votum connumerari debet cum voto ceterorum quorum major pars votorum condemnat vel abolvit.

Nunc fallit primo, conclusio superius firmata in hospitalibus & aliis locis piis quae sub immediata Regum protectione existunt. Haec enim ab Episcopo visitari non possunt sine illorum licentia, ut expressè dispositum in Decreto Concilii Tridentini c. 8. sess. 22. Verum quomodo hoc sit intelligendum, scriptis latissime in cap. praeced. ad num. 15. usque ad finem hinc videat.

Fallit secundo, si lege fundationis cautum sit ut hospitalale vel locus pius non subdit Episcopo. Tunc enim Episcopus non potest se ingerere, ut colligitur ex Clem. Quia contingit, §. 1. de Relig. domib. hic vel statuto in ipsorum fundatione locorum apposito & tenet in c. praeced. Joan. Andr. fusa Card. hic in 3. q. & hodie est expressum in Decreto Concilii Tridentini c. 9. sess. 22. hic nisi fuerit in Institutione & Ordinatione talis Ecclesiae seu Fabricae expressè cautum fuerit. Quo Decreto cum Episcopus excludatur a rationibus exigendis, multo fortius excludatur a visitatione, quia amplior facultas Episcopo tribuitur a Concilio in rationibus exigendis, quam in visitatione de qua loquitur caput 8. immediate praecedens, ut patet infra n. 57.

Ideoque cum Administratores Hospitalis Iesu Christi, Oppidi de Urera Hispaniae Diocesis a Jurisdictione Ordinarii exempti tam ex tenore fundationis quam ex privilegio & confirmationibus Sedis Apostolicae, quales ad dictum Hospitalale possit ab Episcopo visitari vigore Decretorum Trident. Concil. Sacra Congregatio censuit si exprimat in supplicio libello, in fundatione expressè cautum esse non visum Ordinarii & adest confirmatio Apostolica, eadem fundationem non esse sublatam a Decreto Concilii; & idem respondit in alia Offensu.

Quamvis autem Sacra Congregatio in praedicta declaratione meminerit confirmationis Apostolicae, tamen hoc ideo fecit, quia sic contingit in factis, non quia necesse sit ut statutum fundationis excludat Hospitalale a visitatione Episcopi, approbatur a Summo Pontifice, quoniam ad hoc sufficit Diocesanus consensus, ut tenet glossa communiter approbata in d. Clem. Quia contingit in 1. responso in verbo Apposito per textum in c. Cum dilectus supra de consuet. ubi hoc notant glossa in verbo Constitutum, vericulus Satis tamen credo. Compollentanus, Hostiensis, Joannes Andreas & omnes, fusa Lambertini, de Jure Patronatus, lib. 1. part. 1. art. 1. q. 9. n. 52.

Ceterum si Rector vel Ministri Hospitalis aut loci pii perperam administrarent aut redditus non converterent in usus ad quos sunt deputati, tunc posset Episcopus rationes exigere & Administratores compellere, ad piam voluntatem Fundatoris exsequendam, non obstante contraria lege fundationis, textus est in capite Tua nobis; & hic plenè adnotavi de testamentis & patet infra num.

Fallit tertio in Hospitalibus & aliis locis piis Militarum Ordinum & aliorum Religiosorum. Haec enim Episcopus nec visitare potest nec à Regularibus rationes administrationis exigere, tam ex dispositione Juris communis, ut in d. Clem. Quia contingit, §. Praemissa de Relig. domib. ubi hoc est expressum, quam ex Decreto Concilii Tridentini in d. cap. 9. sess. 22. quod de secularibus non de Regularibus loquitur. Hinc quibusdam Abbatibus Burgen. querentibus, an c. 9. sess. 22. comprehenderet eos ac Abbatibus & Praepositos Monasterii sui in titulum obtinentes contra Regularia eorum Instituta ac liberam administrandi rationem & immemorabilem consuetudinem, Sacra Congregatio censuit non comprehendere, quia c. 9. sess. 22. loquitur de Administratores Fabricae tantum, & non loquitur de Regularibus, sed de secularibus.

Et rursum consulta, an Abbates, Abbatibus & Praepositi Regulares qui habent liberam administrationem suarum Ecclesiarum ex immemorabili consuetudine, teneantur reddere rationem Fabricarum suarum Ecclesiarum Episcopo vigore Decreti, capite nono sessione vigesima secunda respondit non teneri.

Hoc tamen sublimitas ut non procedat in Hospitalibus Religiosis B. Joannis Dei, quia nemum Hospitalia, sed & Religio ipsa tam ex lege Fundationis quam ex Constitutione

autoritas competit Episcopo tam quoad exigendas rationes, quam quoad jus visitandi, ut patet infra in secunda conclusione negativa in tertia finalia n. 57.

Ampliatur undecimo, ut Episcopus rationes administrationis exigere possit non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, nam est Concilium Tridentinum in d. cap. 9. sess. 22. simpliciter tollit consuetudinem, tamen eo de creto etiam immemorabilem sublatam esse optimis rationibus deducit Sacra Congregatio in causa Cremonae. Nam cum administrator fabricae majoris Ecclesiae ejusdem civitatis declarari postulasset an possent visitari ab Ordinario eique rationem reddere teneantur eorum administrationis, Sacra Congregatio censuit, quoad caput visitationis artinet, de quo in sess. 22. cap. 8. non expedire nunc procedere ad ulteriores declarationem. Quod verò spectat ad caput redditionis rationum administrationis fabricae, locum habere ultimam partem, cap. 9. sess. 22. cum illa interpretatione alia data ut Episcopus adhibitis aliis deputatis habeat votum decisivum ut possit in sua domo jubere rationes reddi & convocare deputatos. Et hac declaratione fenit Sacra Congregatio quod licet civitas allegat immemorabilem & dato quod de ea liquido constaret, & quamquam cap. 9. sess. 22. tollat solum quascumque consuetudines, non exprimit immemorabilem quo casu immemorabilis non censetur sublata, ut alias Congregatio decrevit, tamen ex quo cap. 9. facit regulam, quod redduntur rationes Ordinario, excipiendo unam tantum casum, nisi in institutione fabricae lectis expressè cautum esset, sublata censetur, quia talia verba non possunt convenire immemorabili, quia cum in ea nulla verba expressa legi possint, cum consistat in praesumptionibus, impossibile est dicere quod cautum sit expressè per immemorabilem. Et exceptio hinc sola dicitur firmare regulam in casibus non exceptis. Ergo regula habet locum etiam in immemorabili tantò magis in eo casu in quo Episcopus adjungit sibi alios deputatos; quia si dicimus non habere locum quando adest consuetudo immemorabilis, nunquam procederet; quia clarum est ante Concilium Episcopum nunquam fuisse adhiberi ex forma, quam Concilium requirit. Unde cum sit nova forma inducta a Concilio, non consideratur immemorabilis praecedens, ut dicitur in forma examinis per concilium, sess. 24. cap. 18.

Ampliatur duodecimo, ut possit Episcopus hujusmodi rationes exigere ab administratoribus etiam simul concurrenti privilegio; contraria consuetudo etiam immemorabilis & sententia declaratoria super his lata ut Sacra Congregatio declaravit, nam ota licet super Episcopum & administratores hospitalis Cordubae, super redditione rationum hospitalis, Episcopus pro se allegaret decretum Concilii, Administratores verò sententiam, privilegia & consuetudinem immemorabilem, Sacra Congregatio censuit licere Episcopo, non obstante sententia, consuetudine immemorabili & privilegio dictam Hospitalale visitare, nam privilegium est sublatum per Concilium. Sententia verò est declaratoria quae nullam jus tribuit, quia cum simpliciter consuetudine quadraginta annorum non possint se laici administratores extirpare a redditione rationum per Clem. Quia contingit, quae illa tollit sequitur Concilium cap. 9. sess. 22. derogans consuetudini ut aliquid operetur, intelligendum esse de immemorabili, Tiracq. de retract. convent. num. 15.

Ampliatur decimo tertio, ut administratores teneantur librum rationum deferre ad Episcopum & in domo ejus rationem reddere, ut censuit Sacra Congregatio in causa hospitalis Civitatis Sarzaenae, nec non in causa Fabricae Cremonae, de qua supra in undecima ampliatione. Ceterum consultu, an Ordinarius ad exactiorem rationem debet intervenire illis statutis diebus quibus ex privilegio, consuetudine vel Constitutione reddenda est ratio, respondit debere. Alias tamen dicit In una Civitate, die 5. Februarii 1523. nec Episcopum nec Capitulum rationem administrationis exigere debere, tempore quo recitantur horae Canonicae.

Ampliatur decimo quarto, ut etiam ex consuetudine aut privilegio aut ex Constitutione aliqua loci alius ad id deputatis ratio reddenda sit, nihilominus cum his adhiberi debeat etiam Ordinarius, ut dicitur verbis statuitur in fine d. c. 9. sess. 22. atque ita privilegium, consuetudo aut constitutio quibus alteri quam Episcopo reddenda est ratio, non sunt quidem funditus sublata a Concilio, sed modificata ut locum habeant non privative ad Episcopum, sed cum aliis vel in c. Pastoralis in 3. & 5. limitat de Offic. Ordin. & ita rescriptis Sacra Congregatio ad sanam memoriae Cardinale Borromeano sub die 7. Februarii 1575.

Ampliatur decimo quinto, ut quem dmodum Episcopus una cum deputatis adhiberi debet in ratione reddenda, ita etiam sit adhibendus in liberatione facienda. Unde in causa olim vertente inter Episcopum Cremonensem, super Fabrica Ecclesiae majoris ejusdem Civitatis, cum Sanctissimus ex voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, declarasset per hoc forma verba. Decrevit ut Episcopus, Fagnan. in III. Lib. Decretal

locum, nec fortasse populum exenit à jurisdictione Episcopi, & tamen ad constituendum Prelatum in proprio territorio requiritur ut tam ipse Prelatus quam Clerus & populus erantur à jurisdictione Episcopi, ut tradit in specie Gem. post Joan. de S. Georg. in c. 2. col. 2. v. *Quare an inferior Prelatus habeat territorium*, atque hic etiam Anchar. *sub n. 10. vers. Si vero per privilegium de cons. lib. 6.*

Quarto, quia in recognitionem jurisdictionis Abbati attributa transactio est, ut solveretur Episcopo annuus census duarum librarum cere. Solutio autem census subjectionem arguit, ut est textus in c. 2. de cons. & in c. *Recepimus*, ubi not. de privi. Mil. in reposit. in verb. *Episcopi*, probat subjectionem Ecclesie.

24 Quinto, Episcopus attribuit jurisdictionem Abbati his verbis, *Idem Reverendissimus Episcopus omnimoda jurisdictionem ac illius merum & mixtum spirituale dominium & possessionem eidem, illiusque successores Episcopis in castro, monasterio hujusmodi forsan attribuit; & si qua sibi competant pro favorabili Episcopi & castri hujusmodi habitatorum commoditate tam in audiendis & iudicandis, quam in exequendis, tam civilibus, quam criminalibus causis per Abbatem exercentibus concessit.* Et. Quae verba cum videantur restricta ad causas civiles, profanas & criminales non videntur comprehendere causas Matrimoniales quae majores iudices exigunt, c. *penult. vers. In Matrimonialibus supra de in integr. restit. c. 1. infra de consang. & affinit. nec sine speciali concessione ab inferioribus Prelatis cognosci possunt ut est text. in c. *Accedentibus infra de excess. Prelat. egentque speciali expressione cum sint graves ut per DD. in c. *Canoniam Matr. de off. deleg.* Et tamen ad constituendum inferiorem in propria diocesi requiritur translatio omnimode jurisdictionis Episcopalis vel quasi exclusio Episcopo, ut notat glossa in clem. 1. §. *Voluntas* in verbo *Diocesis*, quam sequuntur illi committere Doctores de foro compet. & confert Decretum Concilii c. 20. *vers. Ad haec, sess. 24.***

27 Ultimo consuevit dici tunc demum inferiorem intelligi constitutum in statu nullius Diocesis, si nulla in parte Episcopi auctoritatem recognoscit, ita ut à jure etiam reverentia liberatus emittat, de quo est plena Rotae decisio apud Achil. *dec. 14.* Et tamen Episcopus Archievius non solum in conventionem reservat sibi auctoritatem insituendi ac delibandi quoad vixerit in omnibus beneficiis dicti Oppidi, exceptis mansibus, item Sacros Ordines conferendi Ecclesiis & Coemeteria reconciliandi, Calices & patenas benedicens, Chrismis, Oleum sanctum & Sacramentum & cetera Pontificalia officia & munera exercentis, sed etiam etiam in executionem dictae concordiae Abbas Nicolaus Episcopo qui immediate successit Episcopo Archino, obtulit se & successores suos paratos eundem Episcopum & successores ferret in dicto Monasterio benignè recipere ac debita per se & Monachos in Divinis & aliis prout decet obsequia prestare, quae omnia abique dubio excludunt statum nullius Diocesis, c. *Consequente de Offic. Ordin. c. ex suspensionibus de institut. capite Perleus, §. Ad Episcopum, 25. dist.*

Nec praedictis obstat quoddam Monasterium nonnumquam nullius Diocesis emancipatum reperitur, nam advertendum est plures enunciatives ex his quae dantur emanasse ante erectionem Bonae Sancti Sepulchri in Episcopatum; & sic percipiunt primum statum in quo dicta Ecclesia erat nullius Diocesis. Cujus speciei est enunciativa Callisti III. Item alia Leonis X. quae refertur à Puteo *dec. 360. in princ. & in fine lib. 1.* Habet enim respectum ad tempus quo Leo X. univit Monasterium de Balneo Congregationi Camaldulensi quod tempus praecessit erectionem Burgi in Episcopatum; & hoc modo etiam respondendum ad litteras Innocentii 2. super jurisdictione dicti Castri confirmatas à Celestino III. & Alexandro IV. post erectionem verò in Episcopatum quo tempore dictum Castrum effectum fuit Diocesis Sancti Sepulchri. Datur duae enunciatives Nicolai Episcopi Sancti Sepulchri, quibus dictum Castrum enunciatur nullius Diocesis. Item aliquot similes enunciatives in litteris dimissorum Episcopi Petalini & Clusini. Item enunciative Clementis VII. Pii V. & Gregorii XIII. quarum tamen enunciatarum illae quae à Sede Apostolica emanant, habent clausulam *Sicut accepimus* & nulla excedit metum centum annorum. Imò praeterea emanant ab anno 1570. unde non dicitur antiquè secundum opinionem Innocentii in c. *Ventus de verb. signif. lib. 6.* quam dicit communem Cravet. *de antiq. tempor. in princ. n. 4.* Ideoque non probant saltem contra tertium, ut latissime profertur in eodem tractatu Cravet. *par. 1. §. P. 99. tam n. 1. per tot. Praeterea cum ex litteris erectionis & ex tenore concordiae constat de latitate enunciati. Revertitur enim à praesumptione quae inducitur ex verbis enunciatis. Quotiescumque in contrarium urgetur fortiores praesumptiones ut declarat Aret. in c. *Per rias de probat. & 109. 13. col. fin. vers. Praeterea ista confessio* & Cravet. *loc. cit. n. 57.* Quae enunciative magis etiam edantur ex laudat*

à Cardinalibus Sanctae Severinae & Lancelloto, qui contra Episcopum Saragitanen pronunciant dictum Castrum esse jurisdictionis Episcopi Sancti Sepulchri. Et quavis Abbas in eo iudicio citatus non fuerit, tamen nec inter alios ad inducendum saltem praesumptionem contra tertium, ut per glossam & Doctores in lege *Si duo Patroni, ff. de jurjur. & multi tenent facere sempernam probationem*, ut per Cravet. *ibid. n. 23. & 29.*

Rarius conquassantur dictae enunciative etiam ex visitationibus & aliis actibus jurisdictionalibus Episcoporum Sancti Sepulchri cuiusmodi sunt Monitoria ad finem revelationis, executiones dispensationum Matrimonialium, Parochialium Ecclesiarum concursus & accessus Abbatum pro tempore ad Sinodum Episcopi, quae omnia ad Episcopum non pertinent, si dictum Castrum nullius Diocesis existeret, d. c. *Conquerente & c. Cum Episcopus de Offic. Ordin. lib. 6.* nec datur visitationes censeri factae auctoritate delegata, quia responderetur Episcopum non posse visitare Ecclesias Regulares in quibus viget Regularis observantia, nisi iure ordinario ad praescriptum c. 11. *sess. 25. de Regular. ut latius patebit inferius*, nam Decretum Concilii c. 9. *sess. 24.* quo tribuitur Episcopo proximum facultas visitandi auctoritate Apostolica Ecclesias nullius Diocesis, restringitur ad Ecclesias seculares tantum, ut patet in littera, nec habet locum in Regularibus ut sepè censuit Sacra Congregatio eisdem Concilii Interpretes. Cum ergo Episcopo dictam Ecclesiam visitaverint, censetur illam visitasse tanquam Diocesani, cum alio jure non possint, ut in terminis tradit Feder. *de Sen. conf. 195. n. 5.*

Non obstat quòd Abbates olim concesserint litteras dimissorias, Sinodum congregaverint & jurisdictionem exercierint, nam ex his non concluditur status nullius Diocesis, ut superius dictum est, sed solum jurisdictionem quae non potest negari quin competat Abbati in vim praedictae concordiae à Sede Apostolica confirmatae. Et quavis aliquot testes olim examinati ad instantiam Abbatis deponant dictum Castrum esse nullius Diocesis, non tamen intelligunt quid oportet nullius Diocesis existere, neque hujus dicti causam sufficientem reddunt & convincuntur de mendacio ex verbis transactionis & aliis supra dictis.

Ceterum etsi dictum Castrum non sit nullius Diocesis, 35 videtur tamen exemptum cum suis Ecclesiis à jurisdictione Episcopi, quod probatur ex eadem concordia inita anno 1591. inter Episcopum & Abbatem, nam cum Episcopus sub Sede Apostolica benedictos transiit in Abbatem omnimodam jurisdictionem in dicto Castrò, utique censetur illam transiitisse privative & non cumulative ex tribus fundamentis.

Primum est, quia Episcopus transiit in Abbatem jurisdictionem, adjecta dictione *omnimodam*. Item merum & mixtum & spirituale dominium, ergo censetur transiitisse privative. Si enim cumulative sibi retinisset, Abbas ab Episcopo praeventus nullam posset jurisdictionem exercere, & sic Episcopus in eum omnimodam jurisdictionem non transiitisset contra naturam illius dictionis *omnimodam* quae universalis est & comprehendit omnia, ut insinuat. *quib. mod. Juri Patronatus potest solvi in princ. vers. nam mortuo. Dec. conf. 35. n. 97. lib. 2.*

Secundum, quia Episcopus dum transiit jurisdictionem sibi retinuit tantum ea quae sunt ordinis & facultatem Pontificalia exercendi & in beneficiis insituendi, Ergo in reliquis sibi jurisdictionem non retinuit. Reservatio enim & exceptio in uno arguit concessionem in alio, c. *Qualis, vers. Quod enim de uno negatur 25. distinct. lege Cam Prator, ff. de judic. Bartolus in lege *Quaestum, §. Denique, ff. de fund. instrum.**

Tertium, quia Episcopus declarat se transferre jurisdictionem in Abbatem pro commoditate tam Episcoporum quam habitatorum dicti Castri in audiendis, iudicandis & exequendis causis, ne citra Alpes avocarentur; jurisdictionem autem tributa in favorem certarum personarum censetur attributa privative non cumulative si redunderet in illarum favorem, ut sit privativa, ut hoc casu in quo parum prodesse incollis jurisdictioni Abbati attributa, si nihilominus ipsi cogerebant in Curia Episcopi causas egere, atque ita declarat Felin. in c. *Pastoralis col. 3. n. 5. limit. de Offic. Ordin. & Afflic. dec. 41. num. tertio, vers. ut in simili, vj. in fine, ubi citat Bald. & alios & plures cumulat hic Ursil. eandem decisionem secutus.*

Quae omnia multò clariora sunt ex observantia subsecuta, ad leg. *si de interpretatione, ff. de Legib. & c. Cum dilectus de consuet. nam Episcopi ut constat, nullam jurisdictionem exercuerunt in dicto Castrò, praeter eam quam sibi reservaverunt in concordia; & eam quae non potest exerceri ad exemptis, veluti concursus instituitur, ut in Decreto Concilii Tridentini c. 18. *sess. 24.* & Monitoria ad finem revelationis decernere, ut in c. 3. *sess. 15.* contra verò Abbas in reliquis semper omnimodam jurisdictionem illic dicitur exercuisse privative ad Episcopum, jurisdictionem autem per praescriptionem ac-*

quisita in dubio censetur privativa, c. *Auditis*; & hic Abbas in 3. col. *sub n. 7. vers. Aliud etiam singulare & c. Cum olim de praescript. & eadem Abbas in c. Irrefragabili in princ. de Offic. Ordin. & Felin. in d. c. Pastoralis numero 5. in S. limit. Quod indubitanter verum est quando inferior solus exercit, non autem Episcopus, ut scripsi latissime in d. c. *Auditis.**

41 Quibus ita se habentibus, ad secundam partem dubii videtur respondendum, quod pertinet ad Ecclesiam Abbatialem S. Mariae, Episcopum S. Sepulchri posse quidem illam visitare jure ordinario, sed in his tantum quae curam animarum & Sacramentorum administrationem concernunt alias verò Ecclesias posse visitare in omnibus, sed auctoritate delegata duntaxat.

42 Prima pars probatur decreto Conc. Trident. *in cap. 11. sess. 25. de Regular.* ubi in Monasteriis seu domibus quibus imminet animarum cura personarum secularium, tam saeculares quam regulares hujusmodi curam exercentes subjunguntur immediate visitationi, jurisdictioni & correctioni Episcopi in cuius Diocesi sita sunt in his quae ad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent verba enim illa; *substant immediate jurisdictioni Episcopi, in cuius Diocesi sita sunt*, indicant Concilium de jurisdictione ordinaria locutum fuisse; itaque ibi non sunt apposta verba tanquam curam fuisse; sed quod Concilium Concilium appone- re, ubi noluit privilegia exemptionum vulnerare, sed delegatam jurisdictionem attribuere ut in cap. 3. *sess. 6. cap. 8. sess. 7. cap. 4. sess. 14. cap. 8. sess. 21. cap. 9. sess. 24. & saepe alibi & scripti plenè in cap. *Tuarum, infra de privileg.* Ideoque jam Sacra Congregatio respondit facultatem visitandi juxta dict. c. 11. competere Episcopo ordinaria auctoritate.*

43 Secunda verò pars idest, posse Episcopum visitare quoad omnia Ecclesias seculares à dicto Monasterio dependentes five curatas, five non, sed tanquam delegatam Sedis Apostolicae & non alia probatur decreto cap. 8. *sess. 7.* in illis verbis: *Locorum Ordinarius Ecclesias quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare tenentur & oportunitatis juris remedia providere, ut quae repARATIONE indigent reparentur & cura animarum, si quae illis imminet aliisque debitis obsequiis minime defraudentur.* Ad hoc ergo ut Episcopus prohibeatur jure Ordinario visitare, non requiritur status nullius Diocesis juxta cap. 9. *sess. 24.* sed satis est sola exemptio ab Episcopi jurisdictione. Ideoque cum de hoc olim actum esset in S. Congregatione Concilii quoad Ecclesias seculares curatas exemptas Monasterii Callinensis unitas vel subiectas; Congregatio diligenter examinata, censuit licere Episcopis dictas Ecclesias visitare delegata tantum auctoritate idque expressè ab eis declarandum.

Quòd si quaeratur cur Concilium vulneraverit privilegia Regularium concedendo Episcopis facultatem visitandi illorum Monasteria auctoritate Ordinaria, cum tamen seculares Ecclesias exemptas non permittit visitare, nisi auctoritate delegata.

Poterit responderi hoc idem factum fuisse, quia Monasteria regularium noluit visitari posse nisi in his quae ad dictam curam animarum & Sacramentorum administrationem pertinent. At verò Ecclesias seculares voluit posse visitari etiam in aliis quae ad curam animarum non spectant. Unde cum has magis gravaverit, quam Monasteria Regularium voluit etiam relevare in hoc ut visitari non possent nisi auctoritate Apostolica, arg. l. 1. in fine, *Cod. De his qui ante apert. tabul. & l. fin. C. de instit. & substit. l. Qui libertus, ff. de oper. libert. l. Quid ergo, ff. de his qui not. infam. Praeterea verò, quia quoad curam animarum non attribuit Episcopo solum facultatem visitandi, sed etiam examinandi Curatores & alios quos auctoritate ordinaria ab Episcopis absolvi oportebat, cap. *Cum satis, de off. Archid.* Quam interpretationem videtur olim secuta Sacra Congregatio in eadem causa Callinensi. Nam postquam declaravit Episcopum posse visitare Ecclesias seculares Congregationi Callinensi unitas, nisi auctoritate delegata, postea consultata an Episcopi essent admittendi ad visitationem plenariam, an verò tantum quoad ea quae concernunt curam, respondit esse admittendos ad visitationem plenariam praeterquam in locis in quibus viget regularis observantia & cura imminet Ecclesiae Monasterii juxta cap. 11. *sess. 25. de Regular.* tunc enim restringitur visitatio ad ea quae concernunt curam animarum & Sacramentorum administrationem.*



DE CAPELLIS MONACHORUM ET ALIORUM RELIGIOSORUM.

Urbanus III.

CAPUT I.

IN Ecclesiis ubi Monachi habitant, populus per Monachum non regatur, sed Capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per Concilium Monachorum instituitur, ita ut ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, quam depositio, & totius vitae pendeat conversatio.

SUMMARIUM.

- 1 **C**om mendatarii Monasteriorum Sancti Benedicti vel S. Basilii quibus cura animarum incumbit, an teneantur personaliter residere & curam per seipsum exercere & n. siqq. usque in finem.
 - 2 **C**om mendatarii Monasterii cui imminet jurisdictione temporalis tantum, non tenentur Sacris insitari nec residere, ibidem.
 - 3 **J**urisdictione spiritualis in foro contentioso, an efficiat propriè Monasterium curatum.
 - 4 **C**om mendatarii cui incumbit cura animarum in foro penitentiali, an teneatur Ordines Sacros suscipere & residere & n. usque in finem.
 - 5 **C**om mendatarii hodie habentur pro veris titularibus & Fagnan. in III. Lib. Decretal.
 - 6 **C**om mendatarii Monasteriorum non sunt cogendi Sacros Ordines suscipere nec residere, si cura animarum Sacramentalis incumbat Ecclesiae vel Monasterio, non autem persona Com mendatarii.
 - 7 **M**onachi prohibentur curam animarum exercere.
 - 8 **A**bbas Monasterii cui cura animarum personarum secularium incumbit, ob non promotionem infra annum non includit in curam, c. licet Canon de elec. lib. 6.
 - 9 **M**onachi de Jure communi an possint praefici Parochialibus secularibus.
 - 10 **M**onachus claustralis non potest assumi ad curam populi Monasterio incumbentem & cur.
 - 11 **M**onachus sine Monasterio caret vitâ, sicut Pifis sine aqua.
- Intellectus Abbas ad hanc textum resillit *ibid. vers. Sed*

- officiis.
- 12 Abbas Monasterii curati, an habeat saltem curam habitalem.
- 13 Possibile non dicitur quod fieri non potest absque dispensatione.
- 14 Cura habitalis, an & quando obliget ad residentiam.
- 15 Cura animarum in Monasterio ubi est Congregatio Monachorum, non incumbit Abbati & Monachis; sed Monasterio seu Ecclesia ipsorum.
- 16 Commenda non mutat statum beneficii.
- 17 Commenda cessante per obitum Commendatarii, beneficium non vacat per obitum, sed eo modo quo vacabat ante Commendam.
- 18 Abbacia Commendata nullius Diocesis non potest visitari à proximiori Episcopo.
- 19 Commenda non est vere titulus.
- 20 Commendatarius non est proprius Prelatus, sed quasi Deputatus.
- 21 Possidens nomine alieno non potest prescribere nec novum statum beneficio imprimere.

In Ecclesiis. Ad curam populi Monasterio incumbentem, non Monachi sed seculares Clerici praeficiuntur & Episcopis subdunt. Hoc dicit. Breve est & unicam habet structuram & ideo non dividitur secundum Joannem Andream & Butr. sed secundum Card. & Abb. primo ponit dictum. Secundo ampliò sic Ita ut.

Nota primo, quamvis Monachi de jure communi praefici possunt Parochialibus Ecclesiis secularibus, ut in c. Quod Dei timorem, scilicet tit. 2. tamen nec decens esse nec possibile de jure communi, ut Monachus claustralis praeficiatur curae incumbenti Ecclesiae Regulari. De hoc latius infra n. 7. Quod tamen secundum Joannem Andream hic n. 6. in 1. gloss. Card. n. 1. male servatur. Imò videmus in Monasteriis habentibus curam populi, Monachos claustrales ad mandatum Abbatis vel Episcopi circuire Parochiam & ministrare populo Sacramento & Petr. de Anchar. n. 1. refert se ita vidisse observari Venetiis in Monasterio Sancti Gregorii habente Parochiam. Et forte ad hanc observantiam fore potius ad indulta Apostolica respiciens Concilium Tridentinum in c. 11. sess. 25. de Regulari. statuit in Monasteriis seu domibus quibus imminet curam cura personarum secularium tam Regulares quam seculares hujusmodi curam exercentes subint jurisdictioni Episcopi Diocesani in his quae ad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent; & sic admittit Concilium esse possibile ut Regulares exerceant curam populi Monasteriis incumbentem contra textum hic. In hoc enim casu loquitur hoc Decretum Concilii quando scilicet cura imminet ipsi Monasterio. Nam de Parochialibus Monasterio unitis loquitur c. 7. sess. 7.

Secundo nota, in Monasteriis ubi Monachi vivunt in Congregatione curam populi non incumbere Abbati vel Monachis, sed ipsi Ecclesiae vel Monasterio, quod patet hic. Nam si cura incumbere Abbati & Monachis, non attingeretur ad eam exerceendam per Presbiterum secularem ut deciditur in textu, sed deberent aut saltem possent ipsi se illam exercere, ut in clem. Ne in agro, §. Ceterum de statu Monachorum, de quo infra n. 7. & 15. unde inferitur ut Commendatarii Monasteriorum non teneantur per se ipsos exercere curam animarum Monasterio imminente & consequenter nec personaliter residere aut Sacros Ordines suscipere. Nam cum ipsi Commendatarii suffecti sint in locum Abbatis titularis, quemadmodum Abbas non obstringitur ad hujusmodi curam exerceendam per seipsum, ita nec Commendatarius per regulam Subrogatorum. Nec refragatur Decretum Concilii Tridentini in c. 2. sess. 6. quia non arctat quocumque Commendatarios ad personalem residentiam, sed illos tantum qui in Commendam obtinent beneficia personalem residentiam exigentia de jure seu consuetudine. Decretum vero c. 2. sess. 21. tantummodo praecipit ut cura animarum si qua Monasteria commendatis vel eorum annexis imminet, recte exerceatur nec sperit à quibus personis id praestari debeat, secularibus scilicet an Regularibus, de quo tamen articulo dicam latius in questione proxima.

Quarto, igitur, postea Tridentini Concilii decretum d. c. 2. sess. 6. an Commendatarii Monasteriorum Ordinis S. Benedicti vel Basilii quibus cura animarum incumbit personarum secularium teneantur personaliter residere & curam hujusmodi per seipsum exercere. Pro clariori quaestione solutione duo casus sunt distinguendi. Primus est cum cura Monasterio vel Commendatario incumbens est jurisdictionalis. Et hoc primo casu si jurisdictionis sit tantum temporaria, certum est Monasteria hujusmodi seu Abbacia vel Prioratus haberi pro beneficiis simplicibus; & propterea Commendatarios non teneri initiari factis nec personaliter residere, gloss. in extravag. Execrabilis, in verb. Visitare de praebend.

Si vero jurisdictionis in foro contentioso sit spiritualis &

- Dispensationes Matrimoniales committuntur Abbati nullius Diocesis, sed non Commendatario, quia non est Abbas, ibid. vers. Et alias.
- 22 Abbates titularis in Sinodis & aliis functionibus praecedunt Commendatarios.
- 23 Commendatarius subrogatus est in locum Abbatis titularis, etiam quoad jura personalia.
- 24 Beneficia regularis commendata quibus cura animarum incumbit, non subjacent forma ammarum per concursum.
- 25 Vicarius amovibilis an arguatur curam esse penes deputatum.
- 26 In Monasteriis à prima Institutione curatis cura exerceri debet per Vicarios ad nutum amovibiles.
- 27 Residentia eorum qui deseruire non tenentur, inanis & num. 28.
- 29 Consuetudo non residentium in Monasteriis Commendatis, arguit curam animarum non incumbere ipsi Commendatariis.
- 30 Actus qui referri potest ad bonum & malum in dubio referri debet ad bonum.

Commendatarius illam actu exerceat sive in Conventum, sive in illius subditos seculares ut excommunicare interdiceret, abolere, suspendere, visitare, inquirere & alia de quibus per gloss. in d. extravag. tunc propositio olim articulo in Sacra Congregatione Concilii die 27. Octobris 1575. ex undecim Cardinalibus sex dixerunt Commendatarios non teneri Sacros Ordines suscipere nec residere, quia tunc Monasterium non dicitur proprie curatum sed ex larga significatione ut notat Innoc. Joan. Andr. Butr. Abb. & DD. in cap. Dudum, §. secundo, de elect. gloss. in Clem. Dudum de Sepultur. ubi quod habens jus excommunicandi non habet curam animarum Innoc. & alii in cap. Cum facti de offic. Archid. & in cap. De multa de praebend. Staphil. de stat. & qualitat. num. 20. Unus Cardinalis Senonensis ait quidquid sit de jure in Gallis, Commendatarios esse cogendos à Saecularibus: Reliqui vero quatuor senserunt tunc per textum in d. c. Dudum, §. secundo h. Licet, vers. Sed cum in jure, hic; Evidenter apparet quod curam animarum habet de elect. Ita ponderat Abb. ibid. num. 7. & 8. & quamvis numer. 7. subdat non esse proprie curatum & idem asserat Joan. Andr. Butr. & Apoll. ad Abb. tamen textus in d. c. Dudum clarus est & clarior in c. Super eo de praebend. in 6. & in dict. Extravag. Execrabilis in fin. ad quem textum non videntur respexisse DD. sed respexit Card. in Clem. 1. quass. 20. de offic. Vicar. ubi citat dictam extravag. Quamobrem si cura jurisdictionis spiritualis efficit beneficium curatum: ergo intrat dispositio Clement. Ne in agro, §. Ceterum, de statu Monachorum.

Tandem omnes censuerunt excepto Cardinali Alciato Commendatarios non teneri residere ex Concilio, ita ut teneantur illis poenit de quibus in cap. 1. sess. 23. sed tamen teneri residere de jure veteri ad terminos d. cap. Super eo de praebend. in 6. d. cap. Dudum, §. Licet ut extravag. Execrabilis, in 6. Quamvis autem, ad quod jus vetus videtur Concilium respexisse in cap. 2. sess. 6. ut scilicet si aliquis Commendatarius reperitur habere illam jurisdictionem de qua hic, possit cogi residere prout ante Concilium poterat & hanc posteriorem S. Congregationis sententiam Greg. XIII. ad se relatum approbavit.

Secundus casus ad quem proprie restringitur quaestio superius proposita est, cum cura animarum Monasterio, vel Commendatario incumbens est Sacramentalis & in foro poenitentiali & hoc casu regula constituitur contra Commendatarios ut scilicet teneantur initiari factis & personaliter residere. Quod constat tum ex c. Nemo de elect. in 6. tum quia Commendatarii hodie pro veris titularibus habentur tam in Gallis quam extra; & jura omnia de Abbatis, & Prioribus loquentia habent etiam locum in hisce Commendatariis Prob. ad Monach. in dict. cap. Nemo, num. 11. & 23. de elect. in 6. Rebuff. in tract. de pacif. poss. num. 47. Callan. in consuet. Burgund. rubr. 9. §. 9. & Gomes de infr. resign. quass. 13. numer. 7. de Trienniali quass. 5. numer. 1. de publ. resign. quass. 4. num. 29. & de idiomate, quass. 5. num. 6. Sed veni Titulares Prioratus & aliorum hujusmodi beneficiorum regularium curam animarum Sacramentaliam habentium obligantur ad factos Ordines suscipiendos & ad personaliter residendum d. Clem. Ne in agro, §. Ceterum, de statu Monach. Ergo & Commendatarii.

Verum haec regula declaratur procedere si curam animarum incumbat personae ipsius Commendatarii secus vero si incumbat Monasterio vel Conventui, quia tunc nec ad Ordines suscipiendos nec ad residentiam tenentur; quemadmodum re diligenter examinata, ac Greg. XIII. approbante similiter respondit S. Congreg. Concilii.

Solutio igitur praesentis quaestione pendet ab inspectione. An hoc casu cura animarum incumbat personae ipsius Commendatarii vel potius Ecclesiae, seu Monasterio.

- Et quidem cum dubium proponatur de Monasterii Ordinis S. Benedicti & S. Basilii manifestum videtur curam non Commendatarii, sed Monasterii incumbere. Nam inspecto tempore quo Monasteria haec nonnulli ceperant commendari sed adhuc hic erant Abbates & Monachi, manifestum est curam non fuisse penes Abbatem & Monachos, sed penes Ecclesiam vel Monasterium tantum, quia Monachi viventes in Congregatione ex eorum instituto prohibentur de jure curam animarum personarum secularium exercere text. est clarus hic in cap. an. cod. tit. 16. cap. 1. cum pluribus sess. 16. quass. 1.
- 8. Et propterea non habet locum contra Abbatem dispositio cap. Licet canon de elect. in 6. privans omni jure obtinentes beneficia curata non promotos infra annum ut per Joannem Monach. ibid. n. 6. Vitalin. in Clem. an. num. 24. de offic. Vicar. Rebuff. in praxi tit. de non promotis infra annum num. 28.
- 9. Neque obstant textus in cap. Doctor, cap. in parochia & cap. Vos autem 16. quass. 1. nam respondetur dicta jura procedere in Parochialibus secularibus à Monasterio distinctis de quibus quia Concil. Lateran. in cap. Monachi, de stat. Monach. statuit ne Monachi singuli per villas, & oppida per quatuordecim Parochias ponantur Ecclesiis; DD. admodum re torquent in intellectu dictorum canonum. Quidam enim putant Monachum de jure communi promoveri posse ad Parochialem Ecclesiam secularem absque dispensatione, dummodo cum eo habitet alius taltem Monachus juxta text. in d. cap. Monachi & cap. Quod Dei timorem, ubi ita communitur tenentur testatur Abb. num. 7. vers. Aut est curata Aii vero censent Monachos de jure communi praefici non posse praedictis Parochialibus nisi dispensative ex causa necessitatis, id est in defectum Clericorum secularium, juxta text. in cap. Cum pro utilitate, & cap. Qui vere hic nisi forti subeantur propter urgentem necessitatem 16. qu. 1. & c. Prisca, 55. dist. & hanc opinionem sequitur gloss. Joan. in d. c. In Parochia in ver. Cum Diaconum, eamque late reuertit Abb. hic sub num. 4. vers. In gloss. Alii ut Vincen. dicunt de jure communi Monachum non posse assumi ad Parochialem Ecclesiam gubernandam etiam ex causa necessitatis, quamvis olim propter necessitatem & defectum Clericorum secularium antiqui Canonici ex dispensatione permitterent Monachos ad Ecclesiam assumi quod hodie cessat cum Clerici seculares non desint Aii demum alia sentiunt, quorum opiniones referunt Antonius de Butr. in d. c. Monachi, 16. & plura haec de re habentur in decis. Rotae 254. relata à Panormit. in d. c. Quod Dei timorem, num. 7. de statu Monach. Alias est, decisio 262. incip. in religio & est supra de jure patr. in novo.

Verum haec opinio varietas ut diximus procedit tantum in Parochialibus secularibus à Monasterio distinctis. At vero si cura populi incumbat ipsi Monasterio ubi est Congr. Monachorum ut in casu de quo agitur, conveniunt omnes Monachos claustrales non posse ad eam curam assumi quis de hoc est textus clarus hic. Quem ita intelligunt gloss. & DD. ut per Butr. n. 6. vers. Oppono.

Non obstat si dicatur: Si in Ecclesiis secularibus à Monasterio distinctis Monachus praefici poterit curae taltem cum socio ordinis, ut in d. c. Monachi, & c. Quod Dei timorem, scilicet de statu Monach. fortis debet posse assumi & curam exercere in proprio Monasterio cum hoc casu concurrat favor Ecclesiae & cura animarum & habeat nedum socium, sed socios. Item magis obligatur Monasterio suo, quam Ecclesiae seculari. Ergo longe magis est confensus idoneus ad curam imminente proprio Monasterio, quam Ecclesiae foris sita.

Id inquam non obstat; nam ut Monachus claustralis praefici possit curae Monasterio incumbenti peculiarem habet rationem, ne scilicet inter illos de Congregatione notetur diversitas & regulariter viventes habeant occasionem vagandi circumvendo Parochiam, ut ait hic Butr. in 2. notab. post gloss. in verb. Monachos, neve habeant materiam visitandi domos mulierum pro confessionibus & aliis secundum Abb. num. 6. Unde Eugenius Papa: Nullus, inquit, Monachorum praesumat poenitentiam dare neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad Ecclesiam secularem transire: Sit claustrum suo contentus, quia si curam plicem sine aqua caret vita, ita sine Monasterio Monachus. Sedeat itaque solitarius & taceat, quia mundo mortuus est Deo autem vivit: Agnoscat neminem suum, Monachum enim Graeco, Latine est unus; Achos Graeco, Latine trinitatem sonat inde dicitur Monachus unus trinitas. Sedeat ergo trinitas & officio suo vacet, ut inferitur in cap. Placet 16. quass. 1. Quae prohibito habent etiam in Nicena Sinodo relata in cap. 1. eadem causa & quass. in cap. Monachi & cap. Alia causa ubi refertur illud S. Hieronimi: (Monachus non docentis sed plangentis habet officium & alia causi est Monachorum alia Clericorum. Clerici videntur oves, ego pastor.)

Sed objicit, Major videtur indecentia ut Monachus ex-

marur à Monasterio & degat inter seculares, quam ut existens in Monasterio exerceat curam nomine Collegii nec per hoc notatur diversitas, quamvis facit cuius nomine sit ut in cap. Cum quis de sentent. excommunic. lib. 6. & in c. Cum venissent de instit. Quibus fundamentis Abb. hic n. 5. vers. Sed ego non possum, dicit se non posse concipere quo modo haec facili ratio; ne scilicet in Congregatione notetur diversitas, sit sufficiens ad impediendum privilegium tributum curae & propterea dat novum intellectum ad hunc textum, ut scilicet procedat secundum jura antiqua & considerato merito statu religiosorum. Nam regulariter Monachus secundum eum non debet praefici curae etiam Ecclesiae secularis, sed propter necessitatem fuit institutum ut possit praefici & ita proprie debet intelligi haec decretalis, sed in defectum secularium satis potest sustentari primus intellectus glossae, ut scilicet Monachus praefici possit curae si eligatur à populo & ab Episcopo instituitur.

Ceterum salvando communem intellectum responderi potest, imò magis indecens esse ut per singulos dies exeat à Monasterio & circumdat Parochiam Monachus vivens in Congregatione quam ut semel tantum Monachus eximat à claustrum & praeficiatur Parochiali seculari licet videmus magis repugnare Sac. Canonibus ut Monachis quamdiu remanent Monachus sit solutus à voto paupertatis vel castitatis, quam ut proritus eximat à regula & de Monacho efficiatur non Monachus, unde secundum opinionem Vincent. & Joan. in hoc secundo casu dispensat Papa non autem in primo ut notatur in cap. Cum ad Monasterium, in ult. gloss. de stat. Monach. Item quamvis per scholam seu intellectum juris omnes Monachi censentur exercere curam eo quod exerceatur per Monachum nomine totius Collegii & secundum hoc non videtur inter eos esse diversitas, tamen veritate inspecta negari non potest quin inducatur difformitas in vita Monachica quia revera unus tantum vagatur & discurrit inter seculares; reliqui vero vivunt in claustrum, in silentio & solitudine quod repugnat S. Canonibus, quia dignum est ut qui similes cum aliis vitam suscipiunt similes sentiant in legibus disciplinam ut in c. Recolentes infr. de statu Monach. Neque haec ratio est levis, seu facilis, ut dicit Abb. imò est gravis & fortis, quia absolutum est, ut Monachus in claustrum cum ceteris convivat & eorum utilibus & institutionibus se non conformet ut hic; Turpis est enim omnis pars quae suo non congruat universo c. Quae contra mores 8. dist. Holtien. in d. c. Recolentes n. 12. Praesertim vero, quia cum Monachus ad curam exerceendam non debeat solus exire, sed cum socio suo ordinis ut in d. c. Monachi & c. Quod Dei timorem de statu Monachor. & in c. In infra eodem, possit modo unum & modo alium sibi socium adungere; quod esset occasio illis de Congregatione vagandi extra claustra & domos mulierum visitandi; unde plurimum relaxari posset rigor Monachicae disciplinae, nec favor curae in hoc debet attendi quia aequè bene & magis congruè potest illi satisfieri per Presbiterum secularem, ut hic. Tene igitur in Monasterio ubi est Congregatio Monachorum curam populi non incumbere Abbati vel ipsorum Collegio, sed Ecclesiae seu Monasterio; & propterea exerceendam esse per Clericum secularem non autem per Monachum; & ita intellige hunc textum prout DD. communiter intelligunt.

Quod si infas saltem penes Abbatem residere curam habitalem ejus ratione obligatur ad residentiam ut in Parochialibus habitu censent Innoc. Abb. Anriq. Calsterin. Joan. Andr. Anchar. & Imol. in cap. de multa de praeb. Archid. & alii in c. Licet canon. de elect. in 6.

Responderur primò hanc assertionem, quòd cura habitalis sit penes Abbatem, nec jure, nec ratione ulla probari posse, quia cum Abbates & Monachi claustrales nunquam habuerint curam actu, nec habere possint ob illorum incapacitatem, frustra esset potentia nunquam reducibilis ad actum Holt. in Summa de poenit. & remiss. §. Cui, Bald. cons. 377. Quaevis subtilis est num. 4. vers. Quodlibet significat. lib. 2. Nec refert, quod reduci possit ad actum ex dispensatione Apostolica quia quod potest per dispensationem dicitur fieri non potest ut possit Innoc. in c. Pastorali de causa possit. & proprit. in parcho de quo agitur tradit Abb. in d. c. Quod Dei timorem n. 8. vers. Item adduco, de statu Monachor. & propterea Butr. hic in 2. notab. dicit nec decens esse, nec possibile de jure communi ut Monachus in Congregatione praeficiatur curae subiectae Ecclesiae regulari.

Deinde responderur contra doctrinam Innocent. & aliorum loc. cit. sententia gloss. Holt. & Butr. qui testatur de communi in d. c. De multa. Quapropter in hoc opinione confidit S. Congregatio alias approbavit sententiam mediam Collectarii in d. c. De multa n. 6. quam & Rota saepius secuta est, distinguens ansubit ipse ut habitus curae brevi reducatur ad actum per reverentiam Parochianorum, an non ut primò casu teneatur Parochus ad residentiam, in secundo non teneatur; atque ita in specie respondit in causa ejusdem Parochi Mercedum. Diocesis. Sed & Gregorius XIII. dum

olim respondit secundum sententiam Cancellarie appellatio- nis Parochialis comprehendit etiam illam que tantum habitu sit, eam rationem reddidit quoniam in horas singulas potest fieri actu si revertantur Parochiani. At certum est nos verari in primo casu, siquidem nulla subest, nec subesse potest spes, ut habitus curae ad actum reducatur flante juris prohibitione & incapacitate Monachorum claustralem exercendi curam animarum Monasterio incumbentem.

15 Certum est igitur ante commendam quo tempore in Monasterio erat Congregatio Monachorum curam non fuisse penes Abbatem & Monachos, sed penes Monasterium; idque expressè adnotavit Abb. hic. num. 5. his verbis: (Nam cura animarum non est collata ipsi Collegio Monachorum, cum sint hic 3) non ut exerceant curam, sed regulariter vivant, unde cura est potius Ecclesie ipsorum, sequitur Mandol. conf. 20. num. 9. & Rota in recent. decif. 53. num. 2. in fin. par. 2.

16 Atque hinc necessariò sequitur ut idem sit dicendum postquam Monasterium fuit commendatum, quia commenda- tum beneficii non mutat, Sarnen. in reg. de infirm. qu. 13. Par. decif. 25. lib. 5. Cassad. decif. 5. de privi. n. 2. Rota decif. 587. n. 2. & decif. 4. par. 4. diver.

17 Quod addo verum est, ut etiam per mille annos benefi- cium fuerit commendatum semper, tamen remansit in eo status in quo erat ante commendam, eoque cessante non dicatur vacare per obitum, sed duret antiqua vacatio que erat tempore primæ commenda, Gemir. post Feder. de Sen. quem citat conf. 8. num. 8. vers. Quis non est necessi-

18 Et ob hanc rationem S. Congregatio alias respondit Ar- chiepiscopum Urbinate. tanquam proximiorum posse quidem visitare Ecclesias territorii Abbatis Caltri Durantis nullius Diocesis, sed Abbatis ipsam que regularis est non posse Archiepiscopum visitare, utcumque personis secularibus commendari consueverit; nimirum quia Episcopus ex cap. 9. sess. 24. potest visitare Ecclesias nullius Diocesis secula- res tantum non autem regulares & per commendam status regularis Abbatis immutatus non fuit.

19 Et propter eandem rationem Sac. Congregatio consulta an facultas utendi beneficia feminario, quam habet Ordina- rius vigore, c. 18. sess. 23. se extendat ad beneficia regula- ria Conventu tamen carentia & in commendam tradi solita respondit non se extendere, quia scilicet per commendam non deserunt esse regularia.

20 Hujus conclusionis ratio est, quia commenda non est verè & proprie titulus, cap. Qui plures 21. qu. 1. ubi est text. quod nemo duas Ecclesias in titulum tenere potest, tamen potest unam in titulum & aliam in commendam & ita notat ubi gloss. Hugo & Laurentius. Nec commendatarius dicitur proprie Prelatus, sed quasi depositarius & non habet propriam, nec possidet nomine proprio, Rom. conf. 350. In casu Socini. conf. 32. num. 7. lib. 1. Inter commendatarium & Ecclesiam non contrahitur Matrimonium sicut inter Eccle- siam & Abbatem, Gemir. d. conf. 8. num. 5. Et propterea tanquam possident nomine alieno nullo unquam tempore po- test præscribere, aut novum statum beneficio imprimere c. Si diligenti, ubi Joan. Andr. & Abb. notant de prescript. Si diligenti, ubi Joan. Andr. & Abb. notant de prescript.

21 Ideoque non intrat dispositio cap. Cum de beneficio, de præbend. in 6. quia ille textus procedit in vero titulari, qui proprio nomine possidet, ut colligitur ex illis verbis, Secula- ribus Clericis inlicitis in eo Recloribus, & illic declara- rat gloss. Archid. Joan. Monach. Joan. Andr. ac ceteri.

22 Et quamvis Commendæ nostri temporis sint adhaerit titu- lorum, & jura omnia de titularibus loquentia habeant locum in his commendatariis ut per Callanum qui examinat formula- ris in Comment. consuet. Burgund. & dictum est supra. Id ta- men procedit potius per extensionem, & ex verisimili mente, cum materia est favorabilis, quam ex proprietate, cum verò commendatarii non possideant, nec habeant titulum, ita declarat Rota decif. 760. lib. 3. par. 3. diverf.

23 Et certè cum etiam Monasteria, in quibus viget Regularis observantia dentur in commendam perpetuum, ut colligitur ex cap. 20. sess. 25. de Regular. & patet hodie in Monasteriis Crypta Ferrate Ordinis S. Basilii, Ferrensis, & Sublacensis Ordinis S. Benedicti, & Foffæ Novæ, Ordinis Cisterciensis, que Cardinalibus sunt commendata; utique si præter Abbatem etiam commendatarius esset ibi Prelatus, in ead- dem Ecclesia, vel Monasterio essent duo capita contra text.

24 in cap. In Apibus, 7. quæst. 1. & cap. Quoniam in plerif- que 5. de offic. Ordin. Et propterea Abbas tanquam Prelatus & Sponsus Ecclesie in Synodus, & alius publicis functio- nibus præcedens commendatarius censetur S. Congregatio. Et alias cum Cardinalis Vercellen. obtinuit in commendam duas Abbatis habentes temporalem & spirituales jurisdictionem, & jura Episcopalis cum tali exemptione à jurisdic- tionem Ordinarium, adisset S. Congregationem, ut sibi committerentur executiones literarum Apostolicarum: Congregatio censuit verbum faciendum cum Sanctissimo, qui adhibuit eam rationem adducens, quia privilegia sunt concessa

Abbatibus, ipse autem est Commendatarius, & ex filio Con- cili commenda & titulus accipiuntur tanquam diversa, ut patet in cap. 4. sess. 7. & cap. 17. sess. 24. Ideoque de resi- dentia Commendatariorum quasi in decretis generalibus su- per residentia aliorum titulum non essent inclusi, Patres ediderunt speciale decretum in cap. 2. sess. 6.

Hæc igitur conclusio, quod commenda etiam secundum formulas hodiernas non mutat statum beneficii verissima est, & receptissima tam apud scribentes, quam in S. Congrega- tione, & in Rota. Et propterea hinc necessariò inferitur, ut cura animarum non resideat penes Commendatarium, sicut non residebat penes Abbatem, in cujus locum Commenda- tarius est subrogatus.

25 Quòd si urgeas, idecirò ante commendam cura non in- cumbat Abbati, quia repugnabat ejus statui curam anima- rum exercere, ut dictum est supra. Hoc autem impedimen- tum cessat post commendam, quia Commendatarius tanquam secularis non prohibetur curam animarum exercere per seip- sum, ergò & dispositio cessare debet quam rationem in puncto consideravit Rota coram Cardinali Dillino in Tuderino Prioratus. Responditur hæc rationem impedimenti cessantia hoc casu non valere, quia cum Commendatarius successerit in locum titularis incapax curæ animarum non habetur ratio capacitatis ipsius Commendatarii, sed Abbatis duntaxat cujus vices Commendatarius gerit per regulam subrogatorum, que procedit etiam quoad jura personalia juxta text. in l. fin. ubi Bart. d. c. Proxim. sac. serm. lib. 11.

26 Exemplum clarum patet in concursu; nam Monasteria, quibus cura animarum incumbit non subiacent huic formæ, quia que prescribuntur à Concilio in c. 19. sess. 24. de editis proponendis, & de quibuscumque addere volentibus obli- vari non possunt inter Regulares tanquam Prelatis obedientia- rios; tamen quamvis hæc ratio cesset, cum Monasteria com- mendatarii Clericis secularibus, inter quos servari potest forma Concilii, abhominis S. Congregatio articulo diligen- ter discussa in causa Tuderina Prioratus hac rationem Rota inferam eximiam, censuitque eo casu non requiri hanc formam examini per concursum; quam decisionem approba- vit Clemen. VIII. Similiter S. Congregatio nulla habet ra- tionem impedimenti cessantia aliis declaravit Commenda- rium Monasterii curam animarum habentis, quam exerceat per Clericos seculares, non posse cogi accedere ad Synodum Diocesanam Episcopi, sed lat esse ut ad eam mittat Cleri- cum qui curam exerceat, ergò eo modo quamvis in Com- mendatariis cesset ratio incapacitatis curæ; tamen qui com- menda statum non mutat, Commendatarius obtingit non debet ad onus exercendi curam, ad quod titularis non tenebat, nam jura loquentia de Monachis habent etiam locum in hujusmodi Commendatariis. Prob. in d. c. Nemo, n. 10. & 15. de elect. in 6. & dictum supra.

27 Præterquam quod decisio Rote loquitur in terminis longè diversis, videlicet in commenda Parochialis, seu Prioratus à Monasterio distincti, juxta text. in cap. Nemo, de elect. in 6. Atque ita in casu decisionis cura incumbit Priori. Unde non procedit nisi in casu, in quo etiam beneficium quod com- mendatarius, si conferretur in titulum profusus cogi possit ad curam animarum per se ipsum exercendam.

28 Non obstat quòd cum in dictis Monasteriis cura animarum plerumque exerceatur per Vicarios ad nutum amovibiles, id arguit curam esse penes deputantem; & sic peres Com- mendatarius, ad quem jura deputandi pertinet, sicut pertine- bat ad Abbatem in Ecclesia sibi pieno jure subiecta juxta distinctionem Archid. in cap. De Capellis, 16. quæst. 2. Holt. Joan. Andr. & Butr. hic. Respondetur enim id non procedere in deputante, qui sit prohibitus curam exercere, sicuti est Abbas per jura superioris allegata: vel succedit pro- hibito sicut est Commendatarius. Præsertim verò quia Inoc. IX. olim Cardinalis SS. Quatuor adnotatum reliquit in cap. 5. & 8. sess. 7. Concilii Tridentini in Monasteriis à prima institutione curatis habere locum dispositionem c. 11. sess. 25. de Regular. & cura per Vicarium amovibilem exerceri possit, & tenetur ita per S. Congregationem fuisse resolutum. Unde patet ex eo quòd Vicarius sit amovibilis, non bene inferri ut cura non incumbat Monasterio.


29 Cum igitur ex prædictis liquet evidenter curam anima- rum incumbere Monasterio, non autem illius Abbati, ac proinde nec Commendatario qui in Abbatis locum successit, necessariò sequitur ut intrerit decisio. S. Congreg. superioris relata n. 6. atque à Gregorio XIII. approbata, ut scilicet Commendatarii non teneantur residere. Inanis enim esset resi- dentia eorum qui deservire non teneantur, cap. Quia non- nulli, & c. Congreganti de Cler. non resid. Card. Turrec. in c. Pervenit n. 2. 7. q. 1. Joan. Andr. in d. c. Licet Ca- non. n. 4. de elect. in 6. Abb. in c. Non liceat, n. 8. de Cler. non resid. Sigas de residentia Episcopis, c. 3. n. 3.

30 Quibus accedit communis observantia. Nam ejusmodi Mo- nasteria passim commendantur Cardinalibus & Prelatis, qui non resident, nec curam exerceant per seiplos. Quòd arguit curam

curam eis non incumbere, ut per gloss. in Clem. Dudum, §. Statuimus, in verb. Impendant, de Sepultur. & ibi Card. in §. Ac inde, n. 9. Vitalis. in §. Verum, num. 3. & seq. Abb. in cap. Dudum, il secondo n. 8. & 9. de elect. & in cap. De multa n. 24. de præben. Dec. in cap. Ad aures, n. 19. de rescript. vers. Et Curatum, late Sarnen. in regula, de Admonit. q. 11. Nam illi quibus hujusmodi cura incumbit, tenentur deservire per seiplos, cum sit electa industria personæ, cap. Cum sit de aet. & qualit. Archid. in cap. Sa- cerdotibus, 1. 1. q. 1. Abb. in d. cap. Non liceat, n. 8. Dec. in cap. Cum omnes, in secunda lect. in 1. notab. de Constit.

31 sam, vel non improbatam semper referri debeat ad bonum, & præsumatur legitime factum, l. Merito, ff. pro Socio, Abb. in d. cap. Non liceat de Cler. non resid. Dec. in cap. In præsentia, n. 52. de probat.

32 Ex quibus omnibus videtur posse generaliter responderi illi Monasteria sint Ordinis S. Benedicti, vel S. Basilii, & den- tur in commendam, quamvis habeant curam animarum per- sonarum secularium Commendatarios non teneri in eis resi- dere, aut curam animarum per seiplos exercere, sed eam curam esse per Vicarios Prebiteros seculares exerce- dam, quemadmodum in aliquibus casibus particularibus in respon- dit S. Congregatio, & præsertim in causa inter Episcopum & Commendatarium Monasterii S. Benedicti Teræ Gualdi Nucerinæ Diocesis. Et ita responsum.



DE CAPELLIS MONACHORUM.

Honorius III. Episcopi Venetensis.

CAPUT III.

EX parte tua fuit propositum: & infra. Abbas & Conventus Riven. Veneten. Diocesis occasione literarum Apostolicæ sedis asserunt sibi esse concessum, ut in singulis ipsorum Prioratibus singuli Monachi commorentur, si pluribus non sup- petunt facultates eorumdem. Cum autem id obviet Lateranensi Concilio, de quo nulla mentio est in litteris antedictis, Fraternaliter tuæ breviter respondemus, quòd hujusmodi litteras ad Apostolicam sede non credimus emanasse. Quòd si per occu- pationem forsitan emanaverint, nolimus per hoc derogari Concilio supra dicto.

SUMMARIUM.

- 1 Constitutio edita à Papa in Concilio an dicatur Conci- liaris, quo ad hoc ut contraria rescripta, vel privile- gia non valeant, nisi Concilio fuerit derogatum, & n. seq. usque in finem.
2 Constitutionibus Papa, vel decretalibus Episcopis in privi- legiis non est opus ullatenus derogare, & in rescriptis sufficit derogatio generalis.
3 Privilegium est lex privata, & contra jus commune, & ex sui natura derogat legi. Clausula derogatoria, non obstante, non requiritur quan- do Princeps rescribit per viam privilegii, ibidem vers. Ac propterea.
4 Rescriptum contra legem regulariter non valet, non tamen requiritur specialiter derogatio, sed sufficit generalis, nisi lex sit conciliaris.
5 Constitutiones editæ à Papa in Concilio appellantur simpli- citer Constitutiones Papæ.
6 Episcopi non habent facultatem dispensandi contra Consti- tutiones Conciliares, sicut nec legati.
7 Secus si Constitutiones sint editæ à Papa in Concilio.
8 Concilia generalia habent tacitè clausulam annullativam eorum que in contrarium sunt, & n. 26.
9 Concilio generali in contrariis rescriptis & privilegiis, cur debent specialiter derogari.
10 Concilium unè dictum.
11 Humanis moris est illum vereri, cujus voluntate nunc eri- gitur, vane deprimitur.
12 Papa sententia prævalet, discrepantibus sententiis inter Papam & Concilium.
13 Intellectus cap. Nonnulli de rescript. & n. 26.

- 14 Constitutionibus Conciliaribus debet specialiter derogari in contrariis privilegiis, & litteris gratis, & n. 27.
15 Canonis editi à Papa in Concilio diuntur Conciliares quoad effectum derogationis, & n. seq.
16 Intellectus, cap. Kam te, de stat. & qualit.
17 Constitutiones editæ à Papa & Concilio simul sunt majoi- ris autoritatis, quam Constitutiones solius Concilii.
18 Collatio Apostolica facta pupillo coram Papa existenti de dignitate Cathedralis Ecclesie, non tenet, nisi in litem fuerit derogatum contrariis Constitutionibus editis à Papa in Concilio.
19 Privilegium exemptionis à decimis prædialibus concessum Religiosis Societatis Jesu obique derogatione Cap. Nus- per, de decimis, validatur à Gregorio XIII.
20 Constitutio edita à Papa, sacro approbante Concilio, dicitur Conciliaris.
21 Constitutiones in Concilio edende sunt nomine Papæ, & ab ipso tanquam digniori & principaliori sunt denomi- nandæ.
22 Cardinalium ceteris dispensare non potest contra Consti- tutiones editas à Papa in generali Concilio.
23 Episcopus dispensare non potest cum sibi subdito vero biga- mo ad primam conjugium, & beneficia simplicia.
24 Papa præsentia in generali Concilio Patrum libertatem non minuit in sententiis proferendis.
25 Viennensis Concilii tractatus ad clamorem Joan. Andree, ibid.
26 Verborum incursatio etiam superflua admittitur ad tollen- dam sophisticam malignorum interpretationem.

EX parte. Non valet rescriptum impetratum per Mo- nachos, ut soli maneat in Capellis, si de Lateranensi Concilio non faciet mentionem. Hoc dicit, Dividitur in duas Fagnan. in III. Lib. Decretal.

partes; in prima ponitur consultatio, in secunda responso, ibi, Cum autem. Nota primò Monachos non debere singulis in Prioratibus, D 6